ALUSO.

compl

VALPERGA DI MASINO E DI CALUSO.



X. 1509.

1815 8SB

THE LIBRARY OF PRINCETON

(Collin) Rudolf Franz

M 7091

ΣΤΟΙΧΕΙΩΣΙΣ ΤΗΣ
Χειστιανῶν πίστεως, ἢ Κατηχισμός.

Τότε νῦν προσετέθη
ΚΑΤΗΧΙΣΜΟΣ ΑΛΛΟΣ
σωτομώτερος.

RVDIMENTA FIDEI
Christianæ, siue Catechismus.

Huic adiunctus nunc est
CATECHISMVS Alius magis compendiarius.

John Calvin

ANNO M. D. LXXV.

LIBRARY OF PRINCETON
1955
THEOLOGICAL SEMINARY

ΙΕΡΡΙΚΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΣ

Τοῖς Χριστιανοῖς Χριστιανῶν παίδων διδασκάλοις χαίρειν.

Πολλαὶ μὲν ἄλλαι κατὰ τὸν τῶν παίδων διδασκαλίαν τε καὶ παίδευσιν νοσοῦσιν οἱ καθ' ἡμᾶς χρόνοι νόσους, μίαν δ' ἁπασῶν χαλεπωτάτην καὶ βαρυτάτην, ταύτην, ὅτι τὸ θεομυσιάστατον τῆς διδασκαλίας μέρος, καὶ ἀφ' οὗ ἄρχειν παιδεύειν ἔχειν, τῶν παιδευόντων οἱ μὲν ὅλον ἐν λόγῳ οὐδ' ἐν ἀριθμῷ τίθενται, οἱ δὲ ἐν θεοσκαβλήματος ἢ παραρτήματος μοίρᾳ ἄγοντες φαίνονται. τῶν γὰρ χριστιανισμοῦ διδαγμάτων ἄλλοι μὲν τοῖς παισὶ μεταδιδόασιν οὐδὲ χρῆν, ἄλλοι δὲ ἐν τῇ τῶν ἀνθρωπίνων διδασκαλίᾳ οὐδεμίαν ἀκριβείας ὑπερβολὴν ἀπολείποντες, τὰ θεῖα ὡς ἐν παρόδῳ μόνον καὶ ἐκ παρέργου, καὶ ὡς περὶ ἀφοσιούμενοι διδάσκουσιν αὐτούς. θεὶ ὧν δὴ ἀνέχοι τὸ τοῦ Ἀγάθωνος,

Τὸ μὲν πάρεργον, ἔργον ὡς ποιούμεθα,
Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα.

Οὔπω γὰρ ἦσαν τῆς τοῦ Δαβίδος συμβουλῆς

ανήκοοι εἰσὶν, ἢ συμβούλῳ γε χρῆσθαι αὐτῷ ἀπαξιοῦσι. βοᾷ γὰρ ὁδὸς καὶ μάλα
„γεγονὼς, Ἐν τίνι κατορθώσει νεώτερος τὴν
„ὁδὸν αὐτοῦ; ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους
σου. Εὔδηλον ὂν ὅτι διὰ τούτων τῶν θείων
λογίων καὶ θεασμάτων ἔρευναν τοῖς νέοις
ἔχ ἥδιον (εἰ μὴ καὶ μᾶλλον) ἢ τελείοις ἀνδράσιν ἀναληφθῆναι ἀποφαίνει), ἵνα ταῦτα ἐκείνοις οἱονεὶ θεοδοτοιῆ. Οὐ χεῖρον ὂν μεμνῆσθαι ἡμᾶς ὧν ὁ Γρόδικος περὶ Ἡρακλέους διηγεῖται· ὅτι ἐπεὶ ἐκ παίδων εἰς ἥβην ὡρμᾶτο (ἐν ᾗ οἱ νέοι ἤδη αὐτοκράτορες γιγνόμενοι, δηλοῦσιν εἴτε τὴν διὰ ἀρετῆς ὁδὸν βέλτιον ὀπὶ τὸν βίον, εἴτε τὴν διὰ κακίας) ἐξελθόντα εἰς ἡσυχίαν καθῆσθαι, ἀπορουῦτα ὁποτέραν τῶν ὁδῶν τράπηται. εἰ οὖν τὸν Ἡρακλέα ἐκλέξασθαι τότε τὴν διὰ ἀρετῆς ὁδὸν, οἱ ἔξωθεν συγγραφεῖς θείᾳ μοίρᾳ θεολογίζονται, τοῦτο δηλονότι αἰνιττόμενοι, ὅτι τὴν διὰ κακίας τρέπεσθαι πεφύκασι μᾶλλον οἱ ἄνθρωποι, πῶς δεῖ τοὺς Χριστιανοὺς τῶν διδασκάλων τοῦ τῆς αἱρέσεως καταδύεσθαι, τὴν ὀρθὴν ὁδὸν ἄλλη τινὶ ἢ ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ

λογίοις ὑπὸ τῶν παίδων ζητεῖσθαι βουλομένους; πᾶν γὰρ τοὐναντίον, ἀνωφελὴς καὶ ὀλίγου δέω εἰπεῖν ὀλεθρία πᾶσα αἵρεσίς ἐστι, μὴ αἱρεθέντος θατέρου τῶν θείου βουλήματος. ποῦ δ' ἔστι τοῦτο αἱρεῖν ἐστιν; ἆρα παρὰ Πλάτωνι, ἢ Ἀριστοτέλει, ἢ τινι ἄλλῳ τῶν πάνυ φιλοσόφων; οὐμμοιω, ἀλλὰ παρὰ τοῖς θεοπέμπτοις καὶ θεοπνεύστοις συγγεγραφόσιν, ὧν τὰ συγγράμματα κατ' ἔχω, ὡς πρέπει καὶ ἄξιόν ἐστι, βιβλία καλεῖται. πᾶσα γὰρ ἁπλῶς ἡ περὶ τὰ θεῖα σοφία, τῆς τοῦ Χριστοῦ γνώσεως ἀπηρτημένη, ματαιοφροσύνη τις ἐστί· πᾶσά τε ἀρετὴ πλὴν τῆς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ οὐ γινώσκουσι θεοσεβοῦσα, ἀψύχῳ τινὶ σώματι ἔοικε. Εἰ δ' οὕτως ἔχει ταῦτα, οὐκ ἄρα ἐστὶν ὅπως οὐκ ἂν πλείστου ἄξια τοῖς σοφοῖς τῶν παιδευτῶν εἴη ὅσα τῶν συγγραμμάτων τὴν μὲν γλῶτταν ἑλληνίζει, τῷ δὲ νῷ χριστιανίζει. Τοιοῦτοις γὰρ οἱ παῖδες ἐγγυμναζόμενοι ἀλλοτρίαν μὲν ἀπαιδεύτοις γλῶτταν, ὅμως δ' οἰκειότατον ἕδος τ' ἑαυτῶν Χριστιανικῆς θρησκείας ταῖς μαλακαῖς ἀπομάττονται ψυχαῖς. ἄμφω δὲ ταῦτα τὸ παρὸν

βιβλίον, βραχὺ μὲν ὄν, ἐν βραχεῖ δὲ πολλὰ περιέχον, τοῖς ἑλληνοχριστανίζειν ὑπερθυμοῦσιν οἶμαι ποιῆσειν. ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς ἐν αὐτῷ ἐρμηνείας, λέγω δὲ τῆς ἐν ἐκλογῇ ὀνομάτων καὶ συνθέσει καιρίας, ἄλλος εἰπάτω (οὐ γὰρ εἰμι οἷος περιαυτολογεῖν) τῇ δὲ ἐν αὐτῷ διδασκαλουμένῃ παιδείᾳ αὐτὰ τὰ κατ' ἐξοχὴν, ὡς εἴρηται, καλλίμμαθα βιβλία (ἐξ ὧν ἐκείνη, ὡς εἰκὸς, συνηρανίσθη) ἀποχρώντως μαρτυρήσει.

Ἄγετε δίνεω ὑμεῖς ὅσοις τῆς ἀκριβοῦς παιδεύσεως μέλει, τοῦτο τὸ βιβλιάριον ἢ διοῦτό τι τοῖς παισὶ προσφέρετε, καὶ ἐν αὐτῷ διημερεύειν τε καὶ διανυκτερεύειν αὐτοὺς κελεύετε· εἰ δ' ἐστε πλικούτοις μηδὲ καθ' ὅναρ, τὸ δὴ λεγόμενον, εἰς τὰ τ' ἔξωθεν συγγραφέων διδάγματα παρακύπτειν, ἀλλὰ φθάνετε διδάσκοντες αὐτοὺς ἵν' τὸ μέγιστον παρὰ Χριστιανοῖς ἀγαθὸν, πρὸ τῶν φιλοσόφων περὶ τούτου διαπληκτισμὸν ἐκκίνδυνον· ἵνα μὴ λάθωσιν αἰτὶ Χριστιανῶν καλῶν κἀγαθῶν φιλόσοφοι καλοὶ κἀγαθοὶ ὄντες. Ἔρρωσθε.

παπὶ τῷ περὶ τὸν χριστιανισμὸν
νοσοῦπι ὑγιαίνειν.

Ὦ ταὶ ἄκυρον, κ' ἐν φρεσὶν βάλε λόγον.
Γάλαι μὲ ὅσοι τύγχανον Πλατωνι-
Ἢ ἢ ὁπουδὲν τ' σοφῶν ἐπώνυμοι, [κοὶ,
Ἔσπευδον αὐτὸ μανθάνειν τὰ δόγματα·
Κ' οὐδεὶς μαθητὴς τὸν καθηγητὴν ἑὸν
Ἅπαξαπλοῦς ἐξερεῖν ἠξίωτο·
Σὺ δὲ Γλάπωνος οὐ πέλεις φερώνυμος,
Ὃς θνητὸς ἀνὴρ θνητά τε φρονῶν ἔφυ,
Γρὸς φῶς ἀληθὲς ἠλαωμένος φρένας·
Ἐπώνυμος δὲ κρείττονος διδασκάλου,
Χριστοῦ, ὃς ἡμᾶς ἐκ πάλαι παίδευσεν τέχνας
Κύδος φερούσας καὶ κλέος βροτοῖς πάρα,
(Οὔπω γὰρ ὄφις πᾶς ἐτοιμάζετο σοφὸς)
Μᾶλλον δ' ἀληθεῖς καὶ τέχνας φερεσβίους,
Φάος θ' ὁδηγοῖς κἀτράπου σωτηρίας,
Ἧς πάντας ἀνδρῶν ἐσμὸς ἥμαρτεν σοφῶν·
Εἶτ' οὐ μέλει σοι τῶνδε τῶν διδαγμάτων;
Αἰδὼς τε ζῶπον σοὶ καλεῖν διδάσκαλον,
Ὃ ταὶ φόβηθι μὴ ὃν αἰσχύνῃ ταχύ,
Τρέμοντα σοῦ καί σ' ἐπαισχυνθῇ ποτέ.

ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ.

ΔΙΑΛΕΓΟΝΤΑΙ Ο ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ ΚΑΙ Ο ΜΑΘΗΤΗΣ· ΗΓΟΥΝ Ο ΔΙΔΑΚΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΙ Ο ΠΑΓΚΑΡΠΙΟΣ.

Δ. ΠΟΤΕΡΟΝ ΚΑΛΟΝ ΚΑΙ ΧΡΗΣΙΜΟΝ ΕΣΤΙ ΤΟ ΤΟΥ ΑΝΘΡΩΠΙΝΟΥ ΒΙΟΥ ΤΕΛΟΣ;

Μ. ΤΟ ΤΟΥΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥΣ ΤΟΝ ΘΕΟΝ, ΥΦ' Ο ΕΚΤΙΣΘΗΣΑΝ, ΓΙΝΩΣΚΕΙΝ.

Δ. ΤΙΝΑ ΑΙΤΙΑΝ ΕΧΕΙΣ ΑΠΟΔΟΥΝΑΙ Ο ΛΕΓΕΙΣ;

Μ. ΟΤΙ ΕΚΕΙΝΟΣ ΔΙΑ ΤΟΥΤΟ ΕΚΤΙΣΕ ΤΕ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΚΟΣΜΟΝ ΚΑΤΩΚΙΣΕΝ ΗΜΑΣ, ΙΝΑ ΑΥ ΗΜΙΝ ΔΟΞΑΘΗ. ΚΑΙ ΜΑΛΙΣΤΑ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣ ΤΗΣ ΕΚΕΙΝΟΥ ΔΟΞΗΣ ΣΠΟΥΔΑΖΟΝΤΑΣ ΗΜΑΣ ΔΙΑΠΕΛΕΙΝ ΤΟΝ ΒΙΟΝ, ΕΠΕΙΔΗ ΑΡΧΗ ΚΑΙ ΑΙΤΙΑ ΤΟΥΤΟΥ ΤΥΓΧΑΝΕΙ ΩΝ.

Δ. ΤΙ ΔΕ ΟΤΙ ΤΟ ΣΕΜΝΟΤΕΡΟΝ ΚΑΙ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΑΓΑΘΩΝ;

Μ. ΑΥΤΟ ΤΟΥΤΟ.

Δ. ΤΙΝΟΣ ΕΝΕΚΑ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΤΟΥΤ' ΑΓΑΘΟΝ ΝΟΜΙΖΕΙΣ;

Μ. ΟΤΙ ΑΥ ΔΙΑ ΤΟΥΤΟΥ ΚΑΛΛΙΟΝ ΗΜΙΝ ΤΑ ΑΛΛΑ ΤΩΝ ΖΩΩΝ ΦΕΡΟΙΤΟ ΑΝ.

Δ. ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΟΥΝ ΔΗΛΟΝ ΟΤΙ ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ Ο ΣΚΟ-

DE FIDE.

COLLOQVVNTVR præceptor & discipulus, videlicet minister Euangelii & puer.

M QVIS humanæ vitæ præcipuus est finis?

P. Vt Deum, à quo conditi sunt, homines ipsi nouerint.

M. Quid causæ habes cur hoc dicas?

P. Quoniam nos ideo creauit, & collocauit in hoc mundo, quò glorificetur in nobis. Et sanè vitam nostrã, cuius ipse est initium, æquum est in eius gloriam referri.

M. Quod verò est summum bonum hominis?

P. Illud ipsum.

M. Quamobrem id tibi summum bonum habetur?

P. Quia eo sublato infelicior est nostra conditio quàm quorumuis brutorum.

M. Ergo vel inde satis perspicimus

nihil posse homini infelicius contingere quàm Deo non viuere.

P. Sic res habet.

M. Porrò, quænam vera est ac recta Dei cognitio?

P. Vbi ita cognoscitur vt suus illi ac debitus exhibeatur honor.

M. Quænam verò eius ritè honorandi est ratio?

P. Si in eo sita sit tota nostra fiducia: si illum tota vita colere, volũtati eius obsequendo, studeamus: si eũ, quoties aliqua nos vrget necessitas, inuocemus, salutem in eo quærẽtes, & quicquid expeti potest bonorum: si postremò tum corde, tum ore illum bonorum omnium solum autorem agnoscamus.

M. Verùm, vt hæc discutiantur ordine, & fusius explicentur, quod in hac tua partitione primum est caput?

P. Vt totam in Deo fiduciam nostram collocemus.

χατος τῆς δυτυχίας ὅρος, τὸ μὴ ζῆν ἀρέσκοντως τῷ Θεῷ.

Μ. Οὕτως.

Δ. Ποία δέ ἐς ἡ ἀληθὴς καὶ ὀρθὴ τοῦ Θεοῦ γνῶσις;

Μ. Τὸ οὕτως αὐτὸν γνῶναι ὥστε τὴν προσήκουσαν αὐτῷ τιμὴν ἀπονέμειν.

Δ. Τί δὲ ποιοῦντες, τὴν πρέπουσαν αὐτῷ προσάπομεν τιμήν;

Μ. Ἐὰν ἐκείνῳ μόνῳ πεποιθότες ὦμεν, καὶ οὕτω σέβωμεν αὐτὸν ὥστε κατὰ πάντα ἀπειθεῖς αὐτῷ εἶναι· ἔτι δὲ καὶ ἐὰν ἐκεῖνον, ἀμηχανίᾳ συνεχόμενοι, ὃν καλοῦμεν, καὶ πρὸς αὐτὸν καταφεύγωμεν, σωτηρίαν καὶ παν ἀγαθὸν, ὃ ἔστιν ἡμεῖν ἐνδέχεται, παρ' αὐτοῦ προσδοκῶντες. τὸ τελευταῖον δὲ, ἐὰν οὕτω διανοώμεθα περὶ αὐτοῦ ὡς μόνου πάντων ἀγαθῶν αἴτιον καὶ χορηγοῦντος· καὶ οὐ διανοώμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξαγορεύωμεν καὶ φανερὸν ἅπασι ποιώμεθα.

Δ. Ἵνα δὲ ἐν τάξει ἐξετάσωμεν ταῦτα, καὶ διὰ πλειόνων διεξέλθωμεν, τί τὸ πρῶτον τῆς σῆς διαιρέσεως κεφάλαιόν ἐστι;

Μ. Τὸ δεῖν ἡμᾶς τῷ Θεῷ πεποιθέναι.

Δ. Πῶς δὴ τοῦτο γένοιτο ἄν;

Μ. Ἐὰν ἐκεῖνον παντοκράτορά τε καὶ πανάγαθον γινώσκωμεν ὄντα.

Δ. Ἆρά γε ἀρκεῖ τοῦτο;

Μ. Οὐδαμῶς.

Δ. Διὰ τί;

Μ. Ὅτι οὐκ ἄξιοι ἐσμὲν βοηθείας παρ' αὐτοῦ δυνάμεως τυχεῖν, οὐδὲ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ δωρεῶν ἀπολαύειν.

Δ. Τί οὖν ὀφείλεται πλέον;

Μ. Τὸ ἔκαστον ἡμῶν πεπεῖσθαι ὅτι ἐκεῖνος φιλεῖ αὐτόν, πατήρ τε καὶ σωτὴρ αὐτοῦ εἶναι ἄξιοι.

Δ. Πόθεν δὲ τοῦτο δῆλον ἡμῖν ἔσται;

Μ. Ἐκ τῶν ἱερῶν αὐτοῦ λογίων, ἐν οἷς τὸ ἔλεον αὐτοῦ τὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστόν, φανερὸν ἡμῖν ποιεῖται, τῆς τε αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀγάπης καὶ ἀνοίας μάρτυρον παρέχεται.

Δ. Πᾶσα οὖν ἀνάγκη ὅστις τὸν τοῦ Θεοῦ μέλλοντα ποιήσεσθαι, πρότερον ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ ἐκεῖνον γνῶναι.

Μ. Παίυ μὲν οὖν.

Δ. Τὸ νῦν ἔχον τὰ τῆς γνώσεως ταύτης κεφάλαια ἥδέως ἄν σου διὰ βραχέων διεξιόντος ἀκούσαιμι.

M. Qualiter autem id fiet?

P. Vbi omnipotentem nouerimus, & perfectè bonum.

M. Satísne hoc est?

P. Nequaquam.

M. Quamobrem?

P. Quia indigni sumus quibus adiuuandis potentiam exerat, & in quorum salutem, quàm bonus sit ostendat.

M Quid ergo præterea opus est?

P. Nempe vt cum animo suo quisque nostrûm statuat ab ipso se diligi, eúmque sibi & patrem esse velle, & salutis autorem.

M. Vnde autem nobis id constabit?

P. Ex verbo ipsius scilicet, vbi suam nobis misericordiam in Christo exponit, & de amore erga nos suo testatur.

M. Fiduciæ ergo in Deo collocandæ fundamentũ ac principium est "eum in Christo nouisse. Ioan. 17.3

P. Omnino.

M. Nunc, quænam sit huius cognitionis summa, paucis audire abs te velim.

P. In fidei confeſſione, vel potius in formula confeſſionis, quam inter ſe communem habent Chriſtiani omnes, continetur. Eam vulgò Symbolum Apoſtolorum vocant, quòd ab initio Eccleſiæ recepta ſemper fuerit inter omnes pios: & quòd vel ab ore Apoſtolorum excepta fuerit, vel ex eorum ſcriptis fideliter collecta.

M. Recita.

P. Credo in Deum Patrẽ omnipotentem, creatorem cæli & terræ: & in Ieſum Chriſtũ Filiũ eius vnicum, Dominum noſtrũ: qui conceptus eſt è Spiritu ſancto, natus ex Maria virgine: paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & ſepul-

Μ. Ἐκεῖνά ὅτι τὰ περιεχόμενα τῇ ὁμολογήσει τῆς πίστεως, μᾶλλον δὲ τῷ τύπῳ τῆς ὁμολογήσεως τῷ παντων Χριστιανῶν κοινῷ ὄνομα. Σύμβολον ἢ σύμβολον τῶν Ἀποστόλων ὀνομάζειν ἔθος, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς τῆς ἐκκλησίας ἀεὶ παρὰ παντων τῶν ὀρθοδόξων ἀποδοχῆς ἠξιώθη· καὶ ὅτι ὅτι ἀπὸ τῶν στόματος τῶν Ἀποστόλων παρελήφθη, ἢ ἐκ τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν μετὰ πάσης ἀκριβείας συνειλέχθη.

Δ. Λέγε μοι αὐτό.

Μ. Πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς· καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, Κύριον ἡμῶν· συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, παθόντα ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου, σταυρωθέντα, θανόντα, καὶ

ταφέντα· κατελθόντα εἰς ἅ-
δου· τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάν-
τα ἐκ νεκρῶν· ἀνελθόντα εἰς
οὐρανούς, καθεζόμενον ἐκ δε-
ξιῶν Θεοῦ πατρὸς παντοκράτο-
ρος· ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι
ζῶντας καὶ νεκρούς. Πιστεύω εἰς
πνεῦμα ἅγιον. πιστεύω τὴν ἁ-
γίαν ἐκκλησίαν καθολικήν, ἁ-
γίων κοινωνίαν, ἄφεσιν ἁμαρ-
τιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν, ζωὴν
αἰώνιον. Ἀμήν.

Δ. Ἵνα δὴ ἀκριβῶς ἕκαστον τούτων τῷ νῷ
καταλαμβάνωμεν, εἰς πόσα μέρη ταύτην
τὴν ὁμολόγησιν διαιρήσομεν;

Μ. Εἰς τέτταρα, τάχιστα.

Δ. Ἐκεῖνα δή μοι διηγοῦ.

Μ. Τὸ μὲν πρῶτον περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ παντο-

tus: descendit ad inferos: tertia die resurrexit ex mortuis: ascendit in cælũ, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotẽtis: inde venturus ad iudicandum viuos & mortuos. Credo in Spiritũ sanctũ: credo sanctã Ecclesiã catholicã, sanctorũ cõmunionẽ, remissionẽ peccatorũ, carnis resurrectionẽ, vitã æternam. Amen.

M. Vt penitus intelligantur singula, in quot partes hanc confessionem diuidemus?

P. In quatuor præcipuas.

M. Eas mihi recense.

P. Prima ad Deum Patrem spectã-

bit. Secunda erit de Filio eius Iesu Christo, quæ etiam totam redemptionis humanæ summam complectitur. Tertia erit de Spiritu sancto. Quarta de Ecclesia, & diuinis in ipsam beneficiis.

M. Quum nonnisi vnus sit Deus, cur hîc mihi tres commemoras, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum?

P. Quoniam in vna Dei essentia Patrem intueri nos conuenit, tanquam principium & originem primámve rerũ omnium causam: deinde Filium, qui sit æterna eius sapientia: postremò Spiritum sanctum, tanquam eius virtutem, per omnia quidem diffusam, quæ tamen perpetuò in ipso resideat.

M. Inde significas nihil esse absurdi si in vna Diuinitate distincta constituamus has tres personas, Deúmque propterea non diuidi.

P. Ita est.

M. Recita iam primam partem.

P. Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ.

σαμ. τὸ δεύτερον, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃ καὶ τὸν ὅλον τῆς ἡμετέρας ἀπολυτρώσεως οἰκονομίαν περιέχει. τὸ τρίτον, περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. τὸ δὲ τέταρτον, τῆς τε ἐκκλησίας περὶ καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ εἰς αὐτὸν ἀνταποδόσεων.

Δ. Γῶς ἦ, Θεοῦ γε ἐνὸς ὄντος, ἐνταῦθά μοι τρεῖς καταλέγῃς, τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα;

Μ. Οὐκ ἐν μιᾷ καὶ μόνῃ θείᾳ οὐσίᾳ ἡμῖν τὸν πατέρα σκεπτέον, ὡς πάντων ἀρχὴν καὶ προῶτον αἴτιον ὑπάρχοντα· εἶτα τὸν υἱόν, ὡς τοῦ ἐκείνου λόγον σοφίαν ὄντα· ἔτι δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὡς αὐτοῦ δύναμιν, τοῦ δι' ἁπάντων μὲν διήκουσαν, ὅμως ἐν αὐτῷ ἀεὶ διαμένουσαν.

Δ. Ἐκ τούτου δηλοῖς ὅπως ἄτομον τὴν αὐτὴν θείαν οὐσίαν βεῖς ὑποστάσεις προσλαβεῖν διωρισμένως, οὐδὲν ἧττον ἀδιαιρέτου μένοντος τοῦ Θεοῦ.

Μ. Καὶ μάλα.

Δ. Λέγε δή νυνὶ τὸ προῶτον μέρος.

Μ. Πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς. "

Δ. Διὰ τί αὐτὸν πατέρα καλεῖς;

Μ. Εἰς τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀποσκοπῶν, ὃς αὐτὸς σοφία ὄν, γεννηθεῖσα ἐξ ἐκείνου πρὸ αἰώνων· καὶ ὃς ὕστερον εἰς τὸν κόσμον παρῆλθεν, ὑὸς ὢν αὐτοῦ ἐφανερώθη, καὶ δι' ἐμοῦ ἐμαρτυρήθη. ἢ ὅτι τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ πατὴρ ὁ Θεός ἐστι, ταύτῃ δὴ καὶ πατέρα ἡμῶν εἰκότως συλλογιζόμεθα.

Δ. Πῶς ὃν παντοκράτορα εἰκότως νοεῖς;

Μ. Οὐκ ἐννοῶ ἐκεῖνον κράτος μὴ ἔχειν, ἢ ὅτι γε μὴ πάντα κτίσματα πᾶν ὑποχείριον ἔχειν, πάντα τε αὐτὸν τῇ ἰδίᾳ θεωρίᾳ διέπειν, τὸν κόσμον διακυβερνῶντα ἢ αὖ αὐτῷ δοκῇ, ὥστε μηδὲν παρ' ὃ βούλεται γίνεσθαι.

Δ. Οὔκουν, κατὰ γε τὸν σὸν λόγον, ἀρχὴν τοῦ Θεοῦ κράτος ὄν, μᾶλλον δὲ ἀεὶ τοῖς πράγμασι ἐνεργοῦν θεόσκει), ὥστε μηδὲν τῶν πραττόντων εἰ μὴ πρόξαντος ἢ συγχωρήσαντός γε ἐκείνου γίνεσθαι.

Μ. Οὕτως.

Δ. Διὰ τί δὲ ἐπάγεις ὅτι οὐρανοῦ τε καὶ γῆς ποιητής ἐστιν;

Μ. Ἐπειδὴ ἑαυτὸν ἡμῖν διὰ τῶν ἰδίων ἔργων

M. Cur Patrem nominas? «

P. Christi primùm quidem intuitu, qui & sapientia eius est, ab ipso genita ante omne tempus: & missus in hunc mundum, declaratus fuit eius filius. Hinc tamen colligimus, quum Deꝰ Iesu Christi sit pater, nobis quoque esse patrem.

M. Quo sensu nomen illi Omnipotẽ- «
tis tribuis?

P. Non hoc modo potentiam ipsum habere quam non exerceat, sed omnia ipsum habere sub manu & imperio: prouidentia sua gubernare mundum, arbitrio suo omnia constituere: & quicquid contingit, prout visum est moderari.

M. Itaque non otiosam Dei potentiam fingis, sed talem esse reputas quæ manum operi semper admotam habeat: sic vt nihil nisi per ipsum eiúsque decreto fiat.

P. Sic est.

M. Quorsum addis, Creatorem cæ- «
li & terræ?

P. Quoniam "per opera se nobis pa- Psal. 104.

 Rom. 1. c

tefecit, in illis quoque nobis quærendus est. Neque enim essentiæ eius capax est mens nostra. Est igitur mundus ipse veluti speculum quoddam, in quo eum possimus inspicere, quatenus eum cognoscere nostra refert.

M. Per Cælum & Terram ánnon quicquid præterea creaturarum extat, intelligis?

P. Imò verò: sed his duobus nominibus continẽtur omnes, quòd aut cælestes sint omnes, aut terrenæ.

M. Cur autem Deum Creatorẽ duntaxat nuncupas, quum tueri conseruaréque in suo statu creaturas, multo sit præstantius quàm semel condidisse?

P. Neque verò hac particula indicatur tantùm, sic opera sua Deum semel creasse vt illorum postea curam abiecerit: quin potius sic habendum est, mundum, vt initio fuit ab eo conditus, ita nunc ab eo

φανερὸν ἐποίησεν, δῆλον ὅτι ἐν αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν ζητητέος. τοῦτ' ἔστιν, ὅτι ἐκ τούτων ἡμᾶς ποῖός τοτ' ὄξι πεπαίδευται θεσπίκει. τὴν γὰρ ἐκείνου οὐσίαν διανοίᾳ θεωλαβεῖν, ἐν τοῖς ἀδυνάτοις ἡμῖν ὄξιν. ὁ νόμος οὖν ὡς θεσπρόπον τιθέκειται, ἐν ᾧ καταπείζεσθαι αὐτὸν δυναίμεθ' ἄν, καθόσον αὐτὸν ἡμῖν γνῶναι συμφέρει.

Δ. Τῷ οὐρανῷ δὲ ἐν τῇ γῇ δ' ἐς ταὶς λοιπαὶς κτίσεσι συμπεπλαμένοις;

Μ. Παίυ μὲν οὖν. δυσὶ γὰρ ὀνόμασι τούτοις αὐταὶ θεέχονται, ὅτι οὐραίαι πᾶσαι ἢ γήϊναι εἰσίν.

Δ. Διὰ τί γὰρ τὸν Θεὸν κτίσιν ἐπονομάζεις ἁπλῶς, εἶγε τὸ σωέχον τε καὶ διασώζειν ἀεὶ τὰς κτίσεις οὕτως ὥστ' ἐξ ἀρχῆς ἔλαχον φύσιν, ταύτην εἰς τέλος διαφυλάττειν, μεῖζον πολλῷ τῷ μέτρῳ ὄξιν ἢ τὸ ἅπαξ ἐκείνας κτίσαι;

Μ. Ἀλλὰ γὰρ οὐ διὰ τύπου δηλοῦται τὸ ὀνόματος ὅτι πάντα ὅτως ἐδημιούργησεν ὥστε αὐτὰ ὕστερον ἀπρόσκοπτα καταλιπεῖν· μᾶλλον γὰρ δεῖ νοεῖν ὅτι ὡς θεῤ τοκαταρχὰς τὸν κόσμον ἔκτισεν, οὕτω καὶ νῦν αὐτὸν ὡσαύτως

ἀεὶ ἔχοντα καὶ ὑδεμίαν μεταβολὴν δεχόμενον διατηρεῖ· ὥστε τὸν ὑρανὸν κτίσιν χωρὶς τῆς αὐτοῦ δυνάμεως μηδὲ ὑφεστηκέναι δύασθαι. πῶς δὲ τύπις, αὐτὸν, πάντα ἐπιστάμενα ἔχοντα, ἀναίκη ὄντι πάντων κυβερνητικῷ καὶ διασώτικῷ εἶ. διὸ καὶ καθόσον ὑρανοῦ τε καὶ γῆς δημιουργὸς, τυγχάνει ὢν, νοεῖν πεφύκει ὅτι καὶ ἐκεῖνός ὄντι μόνος ὑπὸ τῆ ἑαυτοῦ ἀγαθότητι, δυνάμει τε καὶ σοφία ἅπασαν τὴν φύσεως κατάσασιν διευθύνων· ὁ τοῖς ὄμβρους τε καὶ τοῖς αὐχμοῖς καὶ χάλαζαν, ἄνεμός τε χειμῶνας καὶ ἀνίαν ὀπτέμπων· καὶ ὃς τῆ ἑαυτοῦ ἀγαθωσύνη τὴν γῆν ποτὲ μὲν ὔκαρπον ποιεῖ, ποτὲ δὲ πάλιν ἄκαρπον, τὸν ἑαυτοῦ χείρονα αἰτιλλων· ἀφ' οὗ ὑγείαν τε καὶ νοσοι ἔρχονται· συνελόντι δ' εἰπεῖν, ἐκεῖνός ὄστιν ᾧ πάντα ὅτω πείθεται ὥστε χρῆσθαι αὐτοῖς ὅ, τι αὐ βόλητα δύασθαι.

Δ. Περὶ δὲ τῶν δαιμόνων καὶ τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων πῶς ἡμᾶς γνώμης ἔχειν πεφύκε; ἆρα καὶ αὐτοὺς ὑπ' ἐκείνου ἄρχεσθαι ἐρᾷς;

Μ. Καίτοι ἐκείνους ὁ τῷ ἑαυτοῦ πνεύματι

conſeruari : nec aliter & terram & alia omnia ſtare, niſi quatenus eius virtute & quaſi manu ſuſtinentur. Præterea quum ſic omnia ſub manu habeat, inde etiam conficitur ſummum eſſe moderatorem omniũ ac dominum. Itaque ex quo creator eſt cæli ac terræ, intelligere conuenit eum eſſe vnũ qui bonitate, potentia & ſapientia ſua totum naturæ curſum atque ordinem regat: qui pluuiæ ſimul ac ſiccitatis, grandinum, aliarúmque tempeſtatum ac ſerenitatis ſit autor: qui benignitate ſua terram fœcundet, eámque rurſus, manum ſuam retrahendo, ſterilem reddat : à quo ſanitas ſimul ac morbi proueniant : cuius denique imperio ſubiaceant omnia, & nutui obſequantur.

M. De diabolis autem & impiis quid ſentiemus ? an eos quoque dicemus illi ſubeſſe?

P. Quanquã Spiritu eos ſuo non gu-

bernat, sua tamen potestate, tāquam fræno, eos coercet, vt ne mouere quidē se queant, nisi quoad illis permittit. Quinetiam voluntatis suæ facit ministros, vt inuiti ac præter suum consilium exequi quod illi visum fuerit cogantur.

M. Quid ad te ex eius rei cognitione vtilitatis redit?

P. Plurimum. Malè enim ageretur nobiscum, si diabolis & impiis hominibus præter Dei voluntatē quicquam liceret: adeóque tranquillis animis nunquam essemus, nos eorum libidini expositos esse cogitantes. Verùm tunc demum tuto conquiescimus vbi frænari eos Dei arbitrio, & tanquam in arcto contineri scimus, nequid nisi eius permissu possint: quum præsertim Deus ipse nobis se tutorē fore salutísque præsidem receperit.

M. Nunc ad secundam partem veniamus.

P. Ea est, credere nos in Iesum Christum, Filium eius vnicum, Dominū nostrum.

διακυβερνᾷ, ὅμως τῷ ἑαυτῷ κράτει, οἱονεὶ ψαλίῳ, ὅτῳ κατέχῃ ὥστε μηδὲ κινεῖν ἑαυτοὺς οἵους τε εἶναι ἐμὴ ἐξουσίαν ὄντος ἐκείνου. ἀλλὰ καὶ ὁσάκις αὖ πρὸς στάσιν αὐτοῖς ἐθελήσῃ, ἐκείνους τὸ κελευόμενον ποιεῖν καὶ ἄκοντας καταναγκάζει.

Δ. Τί δέ σε ὠφελεῖ τὸ ταῦτα γνῶναι;

Μ. Οὐκ ἐλάχιστα δῆτα. κακῶς γὰρ αὖ ἐφέρετο τὰ ἡμέτερα ἔνιοι δαίμονές τε καὶ οἱ πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων ἀναγκάζεσθαί τι ἄκοντας τοῦ Θεοῦ ἐδιώκοντο· καὶ οὐδέποτε τὴν ψυχὴν ἀμέριμνον καὶ ἄφοβον εἶχομεν αὖ, τῇ αὐτῶν ὀπαδυμίᾳ ὑποχείριους ἡμᾶς εἶναι δοκοῦντες. νυνὶ δὲ εἰδότας ἡμᾶς ὅτι ὁ Θεὸς πρὸς ἐκείνων ὁρμὰς οἱονεὶ χαλινῷ τινι αὐαιρεῖται, ὥστε μηδὲν ἀνθρώπων ποιεῖν δύνασθαι εἰ μὴ συγχωροῦντος ἐκείνου, ἄξιον θαρρεῖν τε καὶ ἀφραίνεσθαι· ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ ὁ Θεὸς ὑπέρασπιστὴς καὶ ἀλεξίκακος ἡμῖν ἔσεσθαι ἐπαγγέλλεται.

Δ. Ἰθι δή, πρὸς τὸ δεύτερον μέρος μεταβαίνωμεν.

Μ. Καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, Κύριον ἡμῶν.

Δ. Τί δὲ ἐν κεφαλαίῳ περιέχει;

Μ. Οτι τὸν τοῦ Θεοῦ υἱὸν, σωτῆρα ἡμέτερον εἶναι πιστευτέον. περιέχει δὲ καὶ ὃν τρόπον ἡμᾶς τοῦ θανάτου ἀπολυτρώσας, σωτηρίαν περιεποιήσατο ἡμῖν.

Δ. Τί δὲ σημαίνει τὸ τὸ ὄνομα Ἰησοῦς, ὅπερ ἐκεῖνον ὀνομάζεις;

Μ. Σωτῆρα δηλονότι. ἐκ ἀγγέλου γὰρ ἐτέθη κατὰ τὸ τοῦ Θεοῦ πρόσταγμα.

Δ. Ἀρ' οὖν τοῦτο περὶ πλείονος ποιήσασθαι δεῖ ἢ εἰ ἐκ ἀνθρώπων αὐτὸ ἔλαβεν;

Μ. Παντάπασι μὲν οὖν. εἰ γὰρ οὕτως ὀνομάζεσθαι αὐτὸν ὁ Θεὸς παρεγγυᾷ, τῷ ὄντι φερώνυμον ἀνάγκη εἶναι.

Δ. Τὸ δὲ Χριστὸς, τί;

Μ. Ταύτῃ γε τῇ προσηγορίᾳ πάλιν τὸ ἐκείνου ἔργον δηλοῦται σαφέστερον. ἐκ ταύτης γὰρ ὅτι καταμαθεῖν ὅπως ὁ πατὴρ ἔχρισεν αὐτὸν ἵνα βασιλέα καὶ ἀρχιερέα καὶ δὴ καὶ προφήτην καταστήσῃ.

Δ. Τῷ τοῦτο τεκμαίρεσθαι ἔχεις;

Μ. Οτι ἡ ἱερὰ γραφὴ πρὸς τέλος ταῦτα χρίσαι ἔωθε χρῆσθαι, ἅπερ τῷ Χριστῷ πολλαχοῦ φανερὸν ὅτι πεποίηται.

M. Quid præcipuè complectitur?

P. Filium Dei nobis esse Seruatorẽ: simulque modum explicat quo nos à morte redemerit, vitámque acquisierit.

M. Quid significat nomen Iesu, quo eum appellas?

P. Seruatorem videlicet. Porrò * Filio Dei hanc appellationem indidit Angelus, ipsius Dei iussu. Matt. 1. d.

M. Estne hoc pluris quàm si homines illi indidissent?

P. Omnino. Nam quum sic nuncupari velit Deus, talem quoque esse prorsus necesse est.

M. Quid deinde valet nomẽ Christi?

P. Hoc epitheto melius etiamnum exprimitur eius officium. significat enim vnctum esse à Patre in Regem, Sacerdotem ac Prophetam.

M. Quî scis istud?

P. Quoniam ad hos tres vsus Scriptura vnctionem accõmodat: deinde hæc tria quæ diximus, sæpe Christo tribuit.

M. Sed quo olei genere vnctus fuit?

P. Non visibili, quale in consecrandis antiquis Regibus, Sacerdotibus & Prophetis, fuit adhibitum : sed præstantiori, hoc est Spiritus sancti donis, qui veritas est externæ illius vnctionis.

M. Quale verò hoc eius regnum est quod commemoras?

P. Spirituale, quod verbo & Spiritu Dei continetur: quæ iustitiam & vitam secum ferunt.

M. Sacerdotium verò?

P. Officium est ac prærogatiua sistendi se in Dei conspectum, ad obtinendam gratiam, & sacrificii quod illi acceptum sit oblatione iram eius placandi.

M. Iam quo sensu Prophetam Christum nominas?

P. Quia quum in mundum descendit, Patris se legatum apud homines " & interpretem professus est. Idque in eum finẽ, vt Patris voluntate ad plenum expositа, colophonem adderet prophetiis omnibus.

Esa. 61.a. heb. 1.a.

Δ. Ποίῳ δὲ ἐλαίῳ ἔοικε κέχρισαι;

Μ. Οὐ τῷ ὁρατῷ γε, δι' οὗ ἡ τῶν πάλαι βασιλέων τε καὶ ἱερέων καὶ προφητῶν καὶ ἱέρωσις ἐτελεῖτο, ἀλλὰ κρείττονι, ἤγουν τοῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος χαρίσμασιν· οὗτος τύπος ἦν τὸ ἔξωθεν προχειρότερον πάλαι ἔλαιον.

Δ. Ποίαν δ' αὖ βασιλείαν λέγεις;

Μ. Πνευματικὴν δὴ καὶ ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ τε καὶ πνεύματι καθεστηκυῖαν· ἃ δύο τινὰ τε διηγοσωλῶ καὶ τινὰ ζωλῶ προέχει.

Δ. Τίς δέ ἐστιν ἡ ἱερωσύνη ἧς ἐμνήσθης;

Μ. Ἡ μόνη καθήκουσα καὶ ἕξουσι ἑαυτὸν τῷ Θεῷ προσφέρουσαν, ἵνα συγγνώμονα καὶ ἵλεων αὐτὸν ἀπεργάσηται, διὰ τοῦ κεχαρισμένου αὐτῷ θυσίαν προσφέρειν.

Δ. Πῶς δὲ καὶ προφήτην τὸν Χριστὸν καλεῖς;

Μ. Ὅτι καταβὰς εἰς τὸν κόσμον, τοῦ Θεοῦ ἄγγελόν τε καὶ πρεσβευτὴν μυστήριον πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἑαυτὸν ἀπηγόρευσεν, ὅπως ἂν τοῦ ἐκείνου βουλὴν ἀκριβῶς ἐκδήμους αὐτοῖς, πάσας τὰς προφητείας καὶ ἀποκάλυψιν τέλος ὑπῇ.

Δ. Ἀρά γε πὶ ἀπόναδαι τούτων δωώαπαι;

Μ. Μᾶλλον δὲ οὐκ ἄλλοσε ἢ εἰς τὸ ἡμέτερον ἀγαθὸν πείνει τούτων ἕκασον. καὶ γὰρ ὁ Ἰησοῦς Χειστὸς ταῦτα πάντα τὰ χαείσματα ὧδε παθὼς ἔλαβεν, ἕνεκα δ' ἡμῖν αὖ τ' μεταδοῶναι, ἵνα πάντες ἐκ τ' πληρώματος αὐτ' ἀρύωμεν.

Δ. Τὸ τόμοι δι' πλειόνων τραίωσον.

Μ. Τὸ ἁγίου πνδύματος, ἅμα ᾧ τῶν αὐτῶ χαεισμάτων ἁπάντων ἐπληρώθη, ἵνα καὶ ἡμῖν ταῦτα χαείσηται, καὶ δι' αὐτ' ἑκάστῳ κ' τὸ μέτρον ὅτῳ ὁ Πατὴρ ἡμῖν τεθσῆκον οἶδεν. ὅπως οὖν δ' ἐκείνου ὥστῳ ἐκ τ' μόνης πηγῆς ἀρύόμεθα ὅσα ἔχομεν τῶν πνδυματικῶν ἀγαθῶν.

Μ. Τίνα δὲ ἡμῖν ἡ ἐκείνου βασιλεία χρείαν παρέχεται;

Δ. Δῆλον ὅτι δι' αὐτ' ἐλευθερωθέντας τὰς σωτηδήσας ἔχοντες, ἐφ' ᾧ ὅσιον κ' ἄμεμπτον δι' ἅγιον βίον, καὶ τὸν πνδυματικὸν αὐτ' πλουτηθέντες πλοῦτον, τεθσεῖτε καὶ ἰσχύϊ ὁπλιζόμεθα τῇ τὸν δι' βολον. ἁρπάσαντε καὶ σῶμα καὶ τὸν κόσμον (οἷς ἀδιάλλακτος ἔχθρα κ' τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ὅστι)

M. Sed percipíſne inde fructum aliquem?

P. Imò non aliò ſpectant omnia hæc niſi in bonum noſtrum. Nam his donatus eſt Chriſtus à Patre vt nobiſcum ea cõmunicet, " quò ex eius plenitudine hauriamus omnes. Ioan.1.b.

M. Ediſſere hoc mihi paulo fuſius.

P. Spiritu ſancto repletus, perfectáque omnium eius donorum opulentia cumulatus fuit, " quò nobis ea impertiat, cuique ſcilicet pro menſura quam nobis conuenire nouit Pater. Ita ex ea, tanquam vnico fonte, haurimus quicquid habemus bonorum ſpiritualium. Eph.4.b.

M. Quid nobis confert eius regnum?

P. Nempe quòd eius beneficio ad piè ſanctéque viuendum vindicati in libertatem conſcientiarum, ſpiritualibuſque eius diuitiis inſtructi, potentia quoque armamur, quæ ad perpetuos animarum noſtrarum hoſtes, peccatum, carnem, Satanam, &

mundum vincendos ſufficiat.

M. Ad quid autem ſacerdotium conducit?

P. Primùm, quòd hac ratione mediator eſt noſter, qui nos Patri reconciliet: deinde quòd " per eum acceſſus nobis patefactus eſt ad Patrem, vt in eius conſpectum cum fiducia prodeamus ipſi quoque, nóſque & noſtra omnia illi in ſacrificium offeramus: atque ita collegas nos quodammodo ſuos facit in ſacerdotio.

Heb. 7. 8. 9. 10. 13.

M. Reſtat prophetia.

P. Quum Filio Dei magiſterii collatum ſit munus in ſuos, finis eſt vt vera eos Patris cognitione illuminet, erudiat eos in veritate, & domeſticos Dei diſcipulos efficiat.

M. Huc ergo redeunt quæ dixiſti omnia, Chriſti nomen tria officia cõprehendere, quæ in Filium contulit Pater: vt vim eorum ac fructum in ſuos tranſfundat.

P. Sic eſt.

M Cur Filium Dei vnicum nun-

καταπαλαίειν ἱκανῇ ἴσῃ.

Δ. Ἡ δὲ ἱεροσύνη εἰς τί ἡμῖν συμφέρει;

Μ. Πρῶτον μὲν καὶ δόσιν δι' αὐτῆς, τῆς τὸ μεσιτεύειν ἐξουσίας τετυχηκώς, ἡμᾶς τοῖς τὸν αὐτοῦ πατέρα δι' αὐτοῦ· εἶτα ὃ καὶ ὅτι δι' ἐκείνου ἐξουσίαν ἔχομεν καὶ ἡμεῖς τοῦ τῷ Θεῷ προσελθεῖν, καὶ ἑαυτοῖς ἅμα τοῖς παρ' ἡμῶν ἅπασιν εἰς θυσίαν αὐτῷ προσενεγκεῖν· ἢ ἵνα πως ἡμεῖς τὸ αὐτοῦ ἱεροπρεποῦς ἀξιώματος συμμετέχομεν αὐτοῦ.

Δ. Λοιπὸν ὅτι περὶ τῆς προφητείας λέγεν.

Μ. Ἐπειδὴ ὁ Κύριος Ἰησοῦς διδάσκαλος τῶν πιστῶν κατεστάθη, τὸν ἐχθρὸν προκείμενον τὸν σκοπὸν, τὸ εἰς τοῦτο τοὺς παθεῖν καὶ τῆς αὐτοῦ ἀληθείας γνῶσιν ἐκείνους ἀγαγεῖν, ὥστε οἰκείους τοῦ Θεοῦ μαθητὰς γίνεσθαι.

Δ. Ἐκ τούτων δήπου συμπεραίνεσθαι θέλεις, ὅτι τοῦτο σῶμα Χριστὸς τὰ τεῖα ἔργα τὰ πρὸς τοῦ Θεοῦ τῷ ἁγίῳ δοθέντα προλαμβάνει, ἵνα τὸ ἐκ τούτων ἐνεργείας καὶ ὠφελείας μεταδῷ τοῖς θέλουσιν αὐτοῦ.

Μ. Γοῦν γε.

Δ. Διὰ τί δὴ τὴν μίαν τοῦ Θεοῦ μονογενῆ ἐνο-

μάζεις, τὸ Θεοῦ ἡμᾶς ἅπαντας τοῖς ἑαυτοῦ υἱοῖς ἐγγράφοντος;

Μ. Οτι οὐ φύσει τοῦ Θεοῦ υἱεῖς ἐσμεν, ἀλλὰ υἱοθεσίᾳ μόνον ἠξιώμεθα, ἤγουν ἐφόσον ἡμᾶς υἱῶν ἑαυτοῦ τάξιν ἐπέχειν ἀξιοῖ. ὁ δὲ Κύριος Ἰησοῦς ὁ γνησίως ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας, καὶ κατὰ φύσιν ὁμοούσιος ὢν, εἰκότως υἱὸς μονογενὴς καλεῖται. οὐδεὶς γὰρ ἄλλος φύσει υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν.

Δ. Οὕτως οὖν γινώσκεις, ὅτι ἐκείνῳ μόνῳ αὐτὴ ἡ ἁγία τριὰς σέβεται, ἧς καὶ φύσις ἔλαχεν· ἡμῖν δὲ ταύτης μεταδίδωσι δωρεάν, καθόσον τὰ ἐκείνου μιμούμεθα.

Μ. Εὖγε. καὶ δὴ καὶ διὰ τοῦτο τὴν κοινωνίαν ἔσχεν οὐ πρόσκοπος ἐν τοῖς ἀδελφοῖς πολλοῖς καλεῖται.

Δ. Πῶς; ἢ Κύριον ἡμέτερον νοεῖς αὐτὸν ὄντα;

Μ. Καθόσον ὑπὸ τὸν πατέρα κατεσάθη ὅπως ἡμῶν κεφαλὴ καὶ βασιλεύῃ, τοῦ τε αὐτὸς ἀρχὴ καὶ βασιλεία ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τῇ γῇ διέπῃ· ἐφ' ᾧ ὅπως τῶν ἀγγέλων ἅμα καὶ τῶν πιστῶν πρεσβύτης καὶ ἡγεμὼν ὑποδέχῃ.

Δ. Τί δὲ πρὸς ταῦτα λοιπόν;

cupas: quum hac quoque appellatione nos omnes dignetur Deus?

P. Quòd filii Dei sumus, non id habemus à natura: " sed adoptione & gratia duntaxat, quòd nos eo loco habeat Deus. At Dominus Iesus, qui ex substãtia Patris est genitus, vnusque cum Patre essentiæ est, optimo iure Filius Dei " vnicus vocatur, quũ solus sit natura. Eph.1.a. Ioan.1.b.

M. Intelligis ergo, hunc honorem, eius esse proprium, qui naturæ iure illi debeatur: nobis autem eum gratuito beneficio communicari, quatenus sumus eius membra.

P. Omnino. Itaque eius communicationis intuitu alibi nominatur " Primo genitus inter multos fratres. Rom.8.f. coloss.1.b.

M. Qualiter dominum esse nostrum intelligis?

P. Sicut à Patre constitutus est vt sub imperio suo nos habeat, vt Dei regnum administret in cælo & in terra, sitque " fidelium caput & Angelorum. Eph.5.e. col.1.c.

M. Quid sibi vult quod postea sequitur?

P. Modum oſtendit quo Filius vnctus eſt à Patre, vt nobis eſſet Seruator. Nempe, quòd aſſumpta carne noſtra, iis perfunctus eſt omnibus quæ ad ſalutem noſtram erant neceſſaria: ſicut hîc recenſentur.

» M. Quid his duabus ſententiis ſignificas, » Conceptum eſſe ex Spiritu ſancto, » natum ex Maria virgine?

Matth.1. P Formatum in vtero "virginis fuiſſe, ex eius ſubſtantia, vt eſſet verum Pſal.32.b. luc.1.c. &c. "ſemen Dauidis, qualiter vaticiniis Prophetarum prædictum fuerat: id tamen mirifica arcanáque Spiritus virtute fuiſſe effectum, abſque virili coitu.

M. Erátne igitur operæpretium vt carnem noſtram indueret?

Rom.5.c. P. Maximé. Quia "inobedientiam ab homine admiſſam in Deum, neceſſe erat in humana quoque natura Tim.2.b. Heb.5.a. expiari. Nec verò aliter "mediator eſſe noſter poterat, "ad conciliationem Dei & hominum peragen-

Μ. Ἐκπέφευγε τύπον ὁ τοῦ Θεοῦ υἱὸς κέχρισται ὑπὸ τοῦ πατρός, ἵνα ἡμέτερος ᾖ σωτήρ. ἤρκει ὅπ προσέθετο τὴν ἡμετέραν ἀνθρώπινον σάρκα, καὶ ὅσα τῇ ἡμετέρᾳ σωτηρίᾳ ἀναγκαῖα λόγῳ ἀπετέλεσεν· ἄπινα καὶ ἐνταῦθα καταλέγεται.

Δ. Τί δὲ αὖται αἱ δύο ῥήσεις δηλοῦσι; Συλ- "
ληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, γεννηθέν- "
τα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου; "

Μ. Ὅπ ἐπλάσθη μὲν ἐν τῇ τῆς παρθένου Μαρίας γαστρὶ, ἐκ τῆς οὐσίας ἐκείνης, ὡς αὐτὸ καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ σπέρμα εἶπ, συμφώνως ταῖς προφητείαις· ὅτω δὲ ὅμως ἐπλάσθη ὥστε μὴ προὸς γάννησιν δεηθῆναι τῆς τοῦ ἀνδρὸς μετὰ γυναικὸς συνουσίας, ἀλλὰ τοῦτο θαυμασῇ μὲν καὶ ἀῤῥήτῳ τοῦ ἁγίου πνεύματος γεγονὸς δυνάμει.

Δ. Ἆρα οὖν τὴν ἡμετέραν σάρκα ἐκεῖνον ἐνδύσασθαι ἀνάγκη λόγῳ;

Μ. Ναί. τὴν γὰρ τοῦ ἀνθρώπου ἁμαρτάδα, τὴν διὰ τὸ ἀνυπακούσαντα τῷ Θεῷ γνωσθῆναι, ἀκέσασθαι ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐχρῆν. καὶ ὅτι οὐκ ἄλλως ἡμέτερος μεσίτης εἶναι οἷός τε ἦν, προὸς τὸ ἡμᾶς Θεῷ τῷ πατρὶ διαλ-

λάξαι.

Δ. Λέγεις οὖν ὅτι τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν ἄνθρωπον γίνεσθαι ἔδει, ἵνα τὴν ἡμετέραν πεπλημμυρισμένος φύσιν, τὰ ἡμῖν καθήκοντα ὑπὲρ τοῦ ἁμαρτήματος ἐπανόρθωσιν αὐτὴ ἡμῶν ὁλοτελέσῃ;

Μ. Γάνυγε. πᾶν γὰρ ὃ ἐνδεῖ ἡμῖν, αὐτὸν ἡμῖν δεῖ χορηγῆσαι. τοῦτο γὰρ ἄλλως ἢ οὕτως ἐγγένοιτ' ἄν.

Δ. Διὰ τί δὲ τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος δυνάμει τοῦτο πεπράκται, οὐχὶ δι' τοῦ συνήθους καὶ φυσικοῦ τῆς γεννήσεως ἔργου;

Μ. Ἐπειδὴ τὸ ἀνθρώπινον σπέρμα παντελῶς ἀφ' ἑαυτοῦ διεφθαρμένον ὄντι, τῇ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεννήσει τὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔργον παραγίνεσθαι ἐχρῆν· ὅπως μὴ μολυσμόν τινα ἐντεῦθεν ἕλκοι, ἀλλὰ πλέον καθαρότητα ἔχοι.

Δ. Ἐκ τούτων ἄρα μανθάνομεν ὅτι ὁ τοὺς ἀνθρώπους ἁγιάζειν μέλλων, παντάπασιν ἄσπιλός ἐστι, καὶ τῇ μητρῴᾳ ἐγκαθηρμένος χαρᾷ, ἵνα τῷ Θεῷ καθιέρωτο, μηδὲν ἐκ τῆς τοῦ ἀνθρωπείου γένους διαφθορᾶς μόλυσμα ἐφελκυσάμενος.

dam.

M. Christum ergo oportuisse hominem fieri dicis, vt, tanquam in persona nostra, salutis nostræ partes impleret.

P. Ita sentio. Nam ab ipso mutuemur oportet quicquid nobis apud nos deest: quod fieri aliter nequit.

M. Verùm cur id à Spiritu sancto effectum est, ac non potius communi vsitatáque generationis forma?

P. Quoniam penitus corruptum est humanum semen, in generatione Filii Dei intercedere Spiritus sancti opus decuit: ne hac contagione attingeretur, sed esset puritate absolutissima præditus.

M. Hinc ergo discimus, eum qui alios sanctificat, immunem ab omni macula esse: puritatéque, vt ita loquar, originali fuisse ab vtero præditum, vt totus Deò sacer esset, nulla humani generis labe inquinatus.

P. Sic intelligo.

M. Cur à natalibus protinus ad mortem, omissa totius vitæ historia, transilis?

P. Quia hic non tractantur nisi quæ redemptionis nostræ ita sunt propria vt eius substantiam quodammodo in se contineant.

M. Cur non simpliciter vno verbo mortuum fuisse dicis, sed præsidis quoque nomen adiicis sub quo sit passus?

P. Id non ad historiæ fidem modò spectat, sed vt sciamus mortem eius coniunctam cum damnatione fuisse.

M. Expone hoc clarius.

P. Mortuus est vt pœna nobis debita defungeretur: atque hoc modo ab ea nos eximeret. Quum autem omnes nos (sicuti peccatores sumus) obnoxii Dei iudicio essemus, quò vicem nostram subiret, sisti in conspectum terreni iudicis voluit, damnarique eius ore, vt coram cælesti Dei tribunali absolueremur.

Mat.27.c. Luc.23.b. M. Atqui " insontem Pilatus eum pronuntiat: itaque non damnat

Μ. Εμοιγε δοκεῖ.

Δ. Τίνος δὲ ἕνεκα ἀπὸ τῆς γλυφέσεως ἄλλος ὑπὲρ τὸν θάνατον αὐτὸ μεταβαίνῃς, ὅλῳ τῷ ἐν μέσῳ σοὶ τῦ βίυ αὐτὸ ἰσοείαν σοι ἀφαλιπών;

Μ. Οτι σοὶ ὑδενὸς ἄλλου ἐνταῦθα σοήκειται λέγειν ἢ ὅ, τι αὖ τῦ τῆς ἀπολυτρώσεως ἡμῶν μυτηείου ἐχόμενον ἦ.

Δ. Τίνος ὃ χάειν ὑχ ἁπλῶς λέγεται ὅτι τέθνηκεν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῦ σοσώπου ὄνομα σοσκίπτης, ἐφ' οὗ ἀπέθανεν;

Μ. Οὐ μόνον δὴ ἐφ' ᾧ ταύτῳ πιστώσασθαι τῷ ἰσοείαν, ἀλλὰ καὶ ἵνα εἰδῶμεν ὅτι θάνατον κατακριθεὶς, θάνατον ὑπέμεινεν.

Δ. Ταῦτά μοι διδυκείνησον.

Μ. Απέθανεν ὅπως ἐγὼ ὠφείλομεν δίκην ἐκτίσαμτο, καὶ ὅπως ἡμᾶς αὐτῆς ἐξέλοιτο. ἐπειδὴ ὃ τῇ τῦ Θεῦ κείσει ὑπόδικοι ἦμεν, οἷα δὴ ἁμαρτωλοὶ ὄντες, ἠθέλησεν αὐτὸς ἀντὶ ἡμῶν, ὑπεύθυνος δικασῇ σοθεὶς, ὑπ' αὐτῦ καταδικάζεσθαι, ὡς αὖ ὁ ὑράνιος κειτὴς ἡμῶν ἀποψηφίσηται.

Δ. Αλλὰ γὰρ ὁ Γιλάτος αὐθύνυον ἀποφαίνεται αὐτόν· ὑ καταδικάζει οὖν ὡς θα-

νάτῳ ἔνοχον ὄντα.

Μ. Δύο χρὴ ἐνταῦθα σκοπεῖν· ἓν μὲν, ὅτι ὑπὸ τοῦ κειμένου ἀδίκως ἐμαρτυρεῖτο, ἵνα πᾶσι φανερὸν ᾖ ὅτι οὐχ ὑπὲρ τῶν ἰδίων πλημμελημάτων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων κόλασιν ὑπέχει· ἕτερον δὲ, ὅτι καίπερ θείου τινὸς ὄντα δικαστοῦ μαρτυρηθέντα, ὑπ' αὐτοῦ κατὰ τὰ πάτρια κατακέκριται, ἵνα γνῶμεν ὅτι ἐκεῖνος ὑπὲρ ἡμῶν ἐγγυητὴς κατέστη, καὶ κατεκρίθη ἵνα ἡμᾶς τῆς αἰτίας ἀφέλῃ.

Δ. Ὀρθῶς. ἀμαρτωλὸς γὰρ ὢν, οὐκ ἂν ἀξιόχρεως ἐγένετο διὰ τοῦ ἰδίου θανάτου τὸ ἡμέτερον ἀποδιδόναι ὄφλημα. ὅμως δὲ, ἵνα τὸν θάνατον καταλύσῃ, καὶ τῆς αὐτοῦ δουλείας ἡμᾶς ἐλευθερώσῃ, ἔδει αὐτὸν μετὰ τοῦ ἀδίκου θανεῖν.

Μ. Οὕτως νοῶ.

Δ. Τί δὲ; τὸ σταυρωθῆναι αὐτὸν, μᾶλλόν τι ὠφελεῖ ἡμᾶς ἢ εἰ ἄλλό τι θανάτου εἶδος ὑπέμεινε;

Μ. Μάλιστα· ὡς γὰρ καὶ ὁ ἀπόστολος ἡμᾶς διδάσκει, λέγων αὐτὸν τὸν διὰ σταυροῦ καταδεξάσθαι θάνατον, καὶ τῷ ξύλῳ τοσοῦτον ἐπιθεῖναι, ὡς αἰ κατάραι, ἃς ἡμεῖς

pro malefico.

P. Vtrunque animaduertere conuenit. Ideo enim eius innocentiæ teſtimonium reddit iudex, vt teſtatum fiat non ob propria ipſum maledicta plecti, ſed noſtra: ſolenni tamen ritu interea damnatur eiuſdem ſententia, vt palàm fiat, iudicium quod merebamur, tanquam vadem noſtrum, ſubire, quò nos à reatu liberet.

M. Bene dictum. nam ſi peccator eſſet, non idoneus vas eſſet ad ſoluendam alieni peccati pœnam. Vt tamen eius damnatio nobis in abſolutionem cederet, " cenſeri eum inter maleficos oportuit. Eſa. 53.d.

P. Sic intelligo.

M. Quòd crucifixus fuit, an plus habet momenti quam ſi alio quolibet mortis genere affectus foret?

P. Omnino: quemadmodum etiam monet " Paulus, dū in ligno ſuſpẽſum ſcribit, vt noſtrã in ſe maledictionẽ Gal.3.b.

Deut.27.d

suſciperet, quò ab ea ſolueremur. "Genus enim illud mortis execratione damnatum erat.

M. Quidnánnon irrogatur Filio Dei contumelia, quum dicitur maledictioni fuiſſe ſubiectus, etiam coram Deo?

P. Minimé. Siquidem eam recipiendo aboleuit: nec verò deſiit interea eſſe benedictus, quò nos ſua benedictione perfunderet.

M. Proſequere.

P. Quandoquidem mors ſupplicium erat homini impoſitum peccati cauſa, eam Filius Dei pertulit, & perferendo vicit. Atque vt melius patefieret vera morte ipſum defungi, collocari in ſepulchro, inſtar aliorum hominum, voluit.

M. Verùm, non videtur quicquam ad nos vtilitatis ex hac victoria redire, quum nihilominus moriamur.

ὑποκείμενοι ἡμῖν, ἀφ' ἡμῶν μετενέγκας εἰς ἑαυτὸν ἀναδέχοιτο, καὶ ταύτῃ δι' οὗ τὸ θανάτου εἶδος ὁ τῷ θεῷ ὑπηκατέσχεν λύῃ, λύοι.

Δ. Πῶς φῄς; οὐχὶ τοῦτ' ἔστι τὸν θεοῦ υἱὸν καταμύνειν, ὃ λέγω αὐτῷ ἀφορμὴν ἔνοχον γενέσθαι, καὶ ταῦτα τῷ θεῷ;

Μ. Οὐδαμῶς. ἀναδεξάμενος γὰρ τὴν κατάραν, καὶ ἐλύσατο αὐτὴν τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει· οὐδὲ ἐμπόδιον αὐτὴ ἐγένετο τὸ μὴ ἄλογον αὐτὸν ὄντα διαπελαγῆναι, ὅπως τὸ αὐτοῦ ἀλογίας ἡμᾶς ἀναπλήροι.

Μ. Διήγησαι τοίνυν.

Δ. Ἐπειδὴ ὁ θάνατος τοῖς ἀνθρώποις ἐπέκειτο τῶν ἀδικημάτων ὀφθείς, τοῦτον ὑπέμεινεν ὁ Χριστός· ὑπομείνας δέ, πρόβατον αὐτοῦ γέγονε· καὶ ἵνα φανερὸν ἡμῖν ποιήσηται ὅτι δίκης καὶ ὁ τοῦ θανάτου ἀν[illegible]ῦ, τάφῳ παραδοθῆναι, τῶν ἀγίων ὑπὲρ ὅσων δίκην, ἠθέλησε.

Δ. Ἀλλὰ τοῦτο αὐτὴ ἡ νίκη οὐδενὸς ἀγαθοῦ αἴτιος δοκεῖ γεγονέναι, ἐπεὶ οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον τὸ ἀνθρώπινον γένος θανάτῳ ὑπόδικον ὂν διαπελεῖ.

Μ. Οὐ κωλύει ταῦτα ἀπ' ἐκείνης ὠφελεῖσθαι ἡμᾶς. ὁ γὰρ νεκρῶν τῶν πιστῶν θάνατος οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ μετάβασις εἰς ἀμείνω βίον.

Δ. Τύπις οὖν ἀκόλουθόν ἐστιν ὅπι μὴ δεῖ τὸν θάνατον ἐν ὀρρωδίᾳ ἔχειν, ὡς φοβερὸν ὄντα, ἀλλ' ἀκολουθητέον τῷ θυμῷ τῷ ἡγεμόνι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ· ὃς καθάπερ διὰ τοῦ θανάτου οὐκ ἀπώλετο, οὕτως καὶ ἡμᾶς ἀφθόρους ἀπολυμένους.

Μ. Οὕτω ποιητέον λέγεις.

Δ. Τί δ' βούλεται καὶ τὸ ἀφελεῖσθαι εἰς ᾅδου καταβάσεως αὐτὸ ὠφερόμενον;

Μ. Οὐ τὸν κατ' φύσιν θάνατον οὐχ ὑπέμεινε μόνον, ὃς ἐστι τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος λύσις καὶ χωρισμός, ἀλλὰ καὶ ὅπ ἐν αὐτῷ ἡ ἐκείνου ψυχὴ ἀμηχανίᾳ συνείχετο, καὶ ἐκάτας ἀγωνίας κατεπονεῖτο, ἃς ὁ ἅγιος Γρηγόριος τὸν θανάτου ὠδῖνας ὀνομάζει.

Δ. Διὰ τί δὲ καὶ πῶς τοῦτο γέγονεν;

Μ. Ἐπειδὴ τῷ τοῦ Θεοῦ δικαστηρίῳ ἀνεθη τὸ τῶν ἁμαρτωλῶν χρέος ἐκτίσων, ἔδοξε αὐτῷ ψυχῇ μεγίστη ἀποδία καταχθῆναι, καὶ μεγίστας ὀδύνας καταπίεζεσθαι, ὡς ἂν Θεὸν ἀμφότερα αὐτὸ, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῷ

P. Nihil id obstat. Neque enim aliud nunc est mors fidelibus quàm trãsitus in vitam meliorem.

M. Hinc sequitur, non amplius exhorrendam esse mortem, acsi res essset formidabilis, sed intrepido animo sequẽdum esse ducem nostrum Christum: qui sicut non periit in morte, ita perire nos non patietur.

P. Sic agendum est.

M. Quod de eius ad inferos descensu mox adiectum est, quem sensum habet?

P. Eum non communem tantùm mortem fuisse perpessum, quæ est animæ à corpore separatio, sed etiam dolores mortis: sicut " Petrus vocat. Hoc autem nomine horribiles angustias intelligo, quibus eius anima constricta fuit. " Act. 2. d.

M. Cedo mihi huius rei causam ac modum.

P. Quia vt pro peccatoribus satisfaceret, corã Dei tribunali se sistebat, torqueri hac anxietate eius conscientiam oportebat, acsi derelictus à Deo esset: imò acsi Deum haberet

infestum. In his angustiis erat quum exclamaret ad Patrem, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?

Mat.27.e. marc.15.e.

M. Erátne igitur illi offensus Pater?

P. Nequaquam: sed hanc in eum seueritatem exercuit vt impleretur quod prædictum fuerat per "Isaiam, ipsum percussum fuisse manu Dei propter peccata nostra: vulneratum propter iniquitates nostras.

Esa.53.b. 2. Pet.2.d.

M. Verùm, Deus quum sit, quî potuit eiusmodi pauore corripi, acsi derelictus à Deo esset?

P. Sic habendum est, secundum humanæ naturæ affectum eò redactum fuisse necessitatis. Quod vt fieret, paulisper interea delitescebat eius diuinitas, hoc est, vim suã non exerebat.

M. Quî tamen fieri rursum potest, vt Christus, qui salus est mundi, huic damnationi subiectus fuerit?

P. Non ita illam subiit vt sub ea maneret. Sic enim istis, quos dixi, pauoribus correptus fuit vt non fuerit oppressus:

ὀργιζομένου. οὕτω γοῦν ἀλύων ἀνεβόησε, Θεέ μου, Θεέ μου ἱνατί με ἐγκατέλιπες; cc

Δ. Ἆρα οὖν ὁ Θεὸς ἐκείνῳ ἐχαλέπαινεν;

Μ. Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἔδει ὅμως τοῦτοις περιβάλλεσθαι κακοῖς, ὡς ἂν τὸ πάθος ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου φερόμενον πιστωθείη, τὸ δηλαδὴ πεπονθέναι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ παιδὸς δι' ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ τὰς ἡμετέρας αἰσθήσεις βασάσαι.

Δ. Πῶς δὲ, Θεὸς ὢν, ὅπως ὠφέλει ὡς ὑπὸ Θεοῦ ἀφελοράμενος καὶ ἀμελούμενος;

Μ. Δεῖ δὴ ἐννοεῖν ὅτι καθότον μὲν ἄνθρωπος ἦν, ἅμα τοῖς καὶ ἀνθρωπίνοις πάθεσιν ἔνοχος, τοιαύτη ἀνάγκη αὐτὸν ἐβιάζετο, οἷονεὶ ἀποκρυπτόμενον ἐν τῷ μεταξὺ τῆς αὐτοῦ θεότητος, ἥν ἐν ἑαυτῷ δυνάμει φανερώσης.

Δ. Πῶς δὲ πάλιν οἷόν τε ἦν τὸν Χριστὸν, τοῦ κόσμου σωτῆρα ὑπάρχοντα, τοιαύτῃ καταφρονεῖσθαι καὶ ἀφανῆ ἔνοχον εἶναι;

Μ. Οὐχ οὕτω καταφρονεῖσθαι ὥστε ἀεὶ κατάκριτος εἶναι. καὶ γὰρ καὶ τοῖς ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων ἦν, ὡς εἰρήκαμεν, ὃν ἀπεμύρβυνεν ὄμμα ὑπὸ ἀδημονίας, μᾶλλον δὲ

τῇ τῦ ἄδου δυναστείᾳ ἐπολέμησεν ὅπως ὥστε αὐτῷ καταπολεμῆσαι.

Δ. Ἐκ τύτων οὖν καθορῶμεν πόσῳ ἡ λύπη καὶ ἀθυμία ἰῶ ἐν τῇ σωτηρίᾳ ἔχουσιν οἱ ἁμαρτωλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὃς ὀργιζόμενος ὁ Θεὸς δίκας εἰσπράττεται, διαφέρει ἐκείνης ἧς ἤθετο αὐτός. τὸ γὰρ ἐν αὐτῷ πρόσκαιρον γεγονὸς, ἐκείνοις διηνεκές ὅτι· καὶ ὁ αὐτὸν κέντρου ἑνὸς δίκην ἔνυξε μόνον, ἐκείνοις οἱονεί τις θανατηφόρος μάχαιρα ὅτι, πρὸς τὸ τῇ ἐκείνων καρδίᾳ (ὡς ἂν εἴποι τις) καιρίαν πληγὴν ἐπιφέρειν.

Μ. Ἀληθῆ ταῦτα λέγεις. ὁ γὰρ Ἰησοῦς Χριστὸς ὅπλα τῷ Θεῷ ἐλπίδας ἔχων οὐκ ἐπαύσατο, καίτοι σφόδρα ἀδικουμένων καὶ σφαδάζων· οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ, ὧν καταδικάζει ὁ Θεὸς, τῇ αὐτῶν ἀνοίᾳ ἀπεγνωκότες, μονονουχὶ κατ' αὐτῶν φρυαττόμενοι καὶ βλασφημοῦντες φανεροί εἰσι.

Δ. Οὐκοῦν ἐκ τύτων καταμαθεῖν ὅτι πόσον ἐκ τῦ θανάτου τῦ Χριστοῦ ὄφελος τοῖς πιστοῖς προσγίνεται;

Μ. Μάλιστα. καὶ πρόσθεν μὲν ὁρῶμεν ὅπως θυσία ὅτι δι' ἧς ἐκεῖνος τὰς τῶν ἡμετέρων ἁμαρτήμασιν ὀφειλομένας δίκας ἀπέπεσε,

ſed potius luctatus cum poteſtate inferorum, eam fregit ac profligauit.

M. Hinc colligimus quid differat conſcientiæ tormentum quod ſuſtinuit, ab eo quo cruciantur peccatores, quos Dei irati manus perſequitur. Nam quod in illo temporarium fuit, in his eſt perpetuum: & quod illi vice duntaxat aculei fuit ad eum pungendum, his eſt lethalis gladius ad cor (vt ita dicam) ſauciandum.

P. Sic eſt. neque enim eiuſmodi anguſtiis obſeſſus Filius Dei ſperare in Patrem deſiit: at peccatores, Dei iudicio damnati, in deſperationem ruunt, fremunt aduerſus ipſum, & vſque ad apertas blaſphemias proſiliunt.

M. Hincne poſſumus elicere quem ex Chriſti morte fructum percipiant fideles?

P. Omnino. Ac principio quidem videmus eſſe ſacrificium quo peccata noſtra expiauit coram Deo,

atque ita placata ira Dei, nos cum eo in gratiam reduxit. Deinde sanguinem eius, lauacrum esse quo animæ nostræ maculis omnibus purgentur. Postremò, deletam esse peccatorum nostrorum memoriam, ne vnquam in Dei conspectum veniãt, atque ita inductum abolitúmque fuisse chirographum, quo rei tenebamur.

M. Nihilne præterea vtilitatis nobis affert?

P. Imò verò. Nam & eius beneficio (siquidem vera simus membra Christi) vetus homo noster crucifigitur, aboletur corpus peccati, ne amplius regnent prauæ carnis concupiscentiæ in nobis.

M. Perge in reliquis.

» P. Sequitur, Tertio ipsum die resur-
» rexisse ex mortuis. Quo victorem se
1. Pet. 3. d. peccati & mortis demonstrauit. Sua enim resurrectione mortem deglutiuit, abrupit diaboli vincula, & totam eius potentiam redegit in nihilum.

M. Quotuplex ex hac resurrectione fructus nobis prouenit?

πλώ τε αὐτὸ ὀργλῶ καπωρεάϋνε, κὴ ἡμᾶς
ἀυτῷ κατήναξεν. εἶπα δὲ κὴ ὅπ τὸ ἐκείνου
αἷμα λουξόν ὅτι τὸ πᾶς ὑπ' ἐν ἔ ἡμετέρας
ψυχᾶς κηλῖδα ἀποκαθαῖρον. κὴ τέλος δὴ
τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας δι' τὸ θανάτου
ἐκείνου λυθῆ ὠδῖνας, ὥςτε μηκέτι
εἰς Θεὸν ὄψιν ἐλθεῖν, κὴ τὸ καθ' ἡμᾶς χι-
ρόγραφον ἐξηλειμμένον γινώσκομεν.

Δ. Ἄρα γε ὐδὲν ἄλλο ἀγαθὸν ἀπολαύομεν
τῦδε;

Μ. Παύλως ὖν. εἰ γὸ δίκη τῦ Χριστῦ μέ-
λει ἐσμὲν ἔτι αὐτὸ ἡ ἐρχομένα ὁ ἡμέτερος πα-
λαιὸς ἄνθρωπος σαυρῶται, κὴ τὸ τῦ ἁμαρ-
τήματος σῶμα ἀφανίζεται, ἵνα μηκέτι κα-
καῖς τῆς σαρκὸς ὀπθυμίαις δουλεύωμεν.

Δ. Μεταβαίνωμεν ποθὲν τὰ ἑξῆς.

Μ. Τύπις ὀπφέρεται, Τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ
ἀνέστη. Ἐκ τύτου ὃ τ' ἁμαρτίαν κὴ τ' θάνα-
τον δῆλός ὅτι νενικηκώς. τῇ γὸ αὐτῦ αἱμα-
τὸς τ' θάνατον κατέπτε, κὴ τὰ τῦ ἅγιου
δίσμα κατέρρηξε, πλώ τε ἐκείνω λύσομεν
ἅπαντα κατέλυσε καὶ ἠφάνισε.

Δ. Ποσαχῶς δὲ ὠφελώμεθα τύτῃ τῇ
αἱματοχύσῃ;

Μ. Τειχᾶς. πρῶτον μὲν γὰρ δι' ἐκείνης πάντως ἐδικαιώθημεν. εἶτα δὲ τῷ οἰκείου σώματος ἀπάσασιν ἐχέγγυον ἡμῖν ἔδωκε τῆς μελλούσης ἡμῖν γίνεσθαι ἀναστάσεως καὶ ἀθανασίας. τελευταῖον δὲ, εἰ ἐκείνης ἀληθῶς μετέχομεν, ἤδη καὶ τὰ ἀπὸ τῆδε εἰς καινόν τινα βίον ἀπισάμενά πως, ἵνα ὅσιον διάγοντες βίον, τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ ποιῶμεν.

Δ. Προϊῶμεν δή.

Μ. Εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη.

Δ. Τί οὖν; οὕτως ἀνέβη ὥσπερ μηκέτι ὂν ἐπὶ τῆς γῆς εἶ;

Μ. Ναί. αὐτὸν γὰρ πάντα τὰ ὑπὸ τοῦ παθητοῦ πρασσόμενα, καὶ ὅσα πρὸς τῷ ἡμετέραν σωτηρίαν ἀναγκαῖα ἦν τελέσαντα, ἐκέτι τῷ κόσμῳ ἐνδιατρίβειν ἔδει.

Δ. Πῶς δὲ ἡμᾶς ἡ ἀνάβασις αὕτη ὠφελεῖ;

Μ. Κατὰ δύο τρόπους. ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸν οὐρανὸν δι' ἡμᾶς ἀνέβη, ὡς ἂν δήπουθεν τῇ ἡμετέρᾳ διανοίᾳ ἐκεῖθεν καταβεβήκει, δῆλον ὅτι προδιατίθεται ἡμῖν πρὸς τὴν ἐκεῖσε ἀνάβασιν· ὥστε καὶ ἀνεῳγθῶναι ἡμῖν ἤδη τὸν οὐρανὸν, ὅπερ

P. Triplex. Nam & " iuſtitia nobis per eam acquiſita, & certum "nobis eſt pignus futuræ noſtræ immortalitatis: "& iam nunc eius virtute ſuſcitamur in vitæ nouitatem, vt purè ſanctéque viuendo, Dei voluntati obſequamur. Rom.4.d. 1.Cor.15.f Rom. 6.a.

M. Perſequamur reliqua.

P. Aſcendit in cælum.

M. Sed an ſic aſcendit vt non ſit amplius in terra? "

P. Sic. poſtquam enim omnibus perfunctus fuerat quæ illi à Patre iniuncta fuerant, quæque in ſalutem noſtram erant, nihil opus erat diutius eum in terris verſari.

M. Quid ex hac aſcenſione boni conſequimur?

P. Duplex eſt fructus. Nam quatenus cælum ingreſſus eſt Chriſtus noſtro nomine, ſicut in terram noſtra cauſa deſcenderat, aditum illuc nobis quoque patefecit, vt iam aperta ſit nobis ianua, quæ pro

Rom.8.f. Hebr.7.d. prer peccatum antè clauſa erat. Deinde, in conſpectu Dei comparet pro nobis interceſſor & patronus.

M. Verùm an Chriſtus, in cælum ſe recipiẽdo, ſic à nobis receſſit vt iam nobiſcum eſſe deſierit?

Mat.28.d. P. Minimé. Contrà enim recepit, "ſe nobiſcum fore vſque ad finem ſeculi.

M. Quòd autem nobiſcum habitat, ídne de corporis præſentia intelligendum?

P. Non. Alia enim ratio eſt corporis, "quod in cælum receptũ eſt: alia virtutis, quæ vbique eſt diffuſa.

Luc.24.g. act.1.b.

M. Quo ſenſu eum dicis ſedere ad Patris dextram?

Mat.28.d. P. Hæc verba ſignificant, "Patrem illi cæli & terræ imperium contuliſſe, vt omnia gubernet.

M. Quid autem tibi ſignificat Dextera, & quid hæc Seſſio?

P. Similitudo eſt à principib⁹ ſũpta, qui ad dexterã ſuam collocare ſolent

πρότερον διὰ τὰς ἡμετέρας ἁμαρτίας ἐκέκλειστο. πρὸς δὲ τοῦτο, τῷ πατρὶ παρεβάλετο, κἀκεῖ ἡμῶν συνηγορῶν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀντυχιῶν ὁ παῦτας.

Δ. Ἀλλὰ τὸ πότερον ἐξ οὗπερ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς Χριστὸς, οὕτω τοῦ κόσμου ἀπεχώρησεν ὥστε μηκέτι ἡμῖν ὁπαδημεῖν;

Μ. Ἥκιστα. πᾶν γὰρ τοὐναντίον, ὑπέσχετο ἡμῖν μεχρὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος συνομιλήσειν.

Δ. Ἆρα οὖν σωματικῇ τινι παρουσίᾳ ἡμῖν συνοικεῖ;

Μ. Μηδαμῶς. διαφέρουσι γὰρ τὸ, τε σῶμα αὐτοῦ τὸ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναληφθὲν καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ ἡ διὰ πάντων διήκουσα.

Δ. Τί οὖν ἡμῖν σαφηνίζει τὸ αὐτὸν ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς καθέζεσθαι;

Μ. Ἐκ τούτων δηλοῦται ὅτι γῆς τε καὶ οὐρανοῦ οἴακας ἐπιστρέπεται, ἵνα πάντα διοικῇ.

Δ. Τί δέ σοι ἡ δεξιὰ, ἢ τὸ καθέζεσθαι σημαίνουσι;

Μ. Λέγεται ταῦτα ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐπιγείων ἀρχόντων, οἵπινες ἐκ δεξιῶν αὐτῶν καθίζειν εἰώθασιν οἷς ἂν

πατριὰς καθίσασιν, ὡς ἀφ' ἑαυτῶν ἀρχὰς.

Δ. Οὐδὲν οὖν διὰ τοῦτο ἀγνοεῖς ἢ τὸ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Παύλου λεγόμενον, ὅτι ἀναδὴ κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας κατεστάθη ὁ Χριστὸς, ὑπεράνω ὢν πάσης ἀρχῆς, καὶ ὄνομα λαβὼν τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα.

M. Ἔστι τάδε.

Δ. Μεταβαίνωμεν ὅθεν τὰ μετὰ ταῦτα.

Δ. Ἵνα φανερὸν ἡμῖν γένηται τὸ τοιοῦτον εἰς κεφάλαια διαιρούμενον αὐτῷ.

Μ. Ἐξ ὅτι τὰ πάντα, ὧν τὰ μὲν πρῶτα τὰ πρὸς μόνην τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, ὡς ἴδιον ὄντα τέλος, ἀφορᾷ, ἑνὸς ἡμῖν λόγου ἔχοντα· τὰ δὲ λοιπὰ πρὸς ἡμᾶς καὶ πρὸς τὴν ὠφέλειαν ἡμῶν ἀναφέρεται.

Δ. Τί οὖν; ἡμᾶς πρὸς Θεὸν εὔχεσθαι πρέπει ὑπὲρ αἰῶνος ἑνὸς μέλλοντος;

Μ. Αὐτός, καὶ τὴν ἀνεκδιήγητον αὐτοῦ ἀγαθότητα, ὅτως οἰκονομεῖ καὶ κυβερνᾷ τὰ πάντα, ὥστε δι' ἑκάστου τὸ εἰς τὴν αὐτοῦ δόξαν φέρον τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατασκευάζειν. Εἰσφρῶ ἁγιαζομένου τὸ ὄνομα τοῦ, ἁγιάζεσθαι καὶ ἡμᾶς πρῶτον· ὁμοίως δὲ καὶ ὅταν ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἔρχηται, μετέχομεν καὶ ἡμεῖς ταύτης. δεῖ γὰρ ὅμως, ὅταν ταῦτα αἰτῶμεν, πρὸς τὴν ἐκείνου δόξαν πάντως ἀποβλέπειν, πρὸς γὰρ

ἢ ἡμετέραν ὠφέλειαν μηδ' ὅλως.

Δ. Κατὰ σὸν οὖν λόγον, ταῦτα τὰ τέλα αἰτήματα ἐπ' ἀγαθῷ σοῦ ἔστιν ἡμετέρῳ, ἡμᾶς μέντοι τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης μόνον σοχάζεσθαι προσήκει δι' αὐτοῦ.

Μ. Ἀληθῆ. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς τοιοῦτοι, καὶ περὶ αἰτουμένων ἡμῶν ἰδίᾳ τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν ὠφέλειαν τείνοντα, οὐδὲν ἧττον τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης λόγον ἔχειν χρή, καὶ πρὸς ταύτην πάντα ὧν ἂν δεησώμεθα, ἀναφέρειν.

Δ. Ἰδοὺ δή, τῇ ἐξηγήσει ταύτης τῆς προσευχῆς ἐγχειρῶμεν. πρῶτον δέομαι φράσαι διὰ τί ὁ Θεὸς τῆς τοῦ παιδὸς προσηγορίας μᾶλλον ἢ ἄλλης ἀξιοῦται.

Μ. Ἐπειδὴ προσευχόμεθα ἡμεῖς, ἀνάγκη καὶ ἡμᾶς συνειδήσεις βεβαίας ἔχειν καὶ σεβρὰς τοῦ πίστιν, παιδὸς ὄνομα προσφέρειν ἑαυτοῖς, ὅπερ πολλὴν χρηστότητα καὶ εὔνοιαν τοῦ πρὸς ἡμᾶς δηλοῖ, ἵνα πάντα φόβον ἀποθέμενοι, παῤῥησιάτως αὐτῷ, ὡς ἁρμόττει ἡμῖν ὄντι, προσερχώμεθα.

Δ. Ἆρα οὖν ἁλμήσομαι ἀδεῶς προσιέναι τῷ Θεῷ, ὡς παῖδες τῷ πατρὶ προσέρχε-

noſtra vtilitate, intueri conuenit.

M. Nempe, ſecundum hanc doctrinam, tria hæc poſtulata cum vtilitate quidem noſtra coniuncta ſunt, non tamen in alium ſcopum collimare debent quàm vt glorificetur Dei nomen.

P. Sic eſt: atque adeò in reliquis etiam tribus eadem Dei gloria curæ nobis eſſe debet: vtcunque iis quæ in rem ac ſalutem noſtram ſunt, optandis, propriè ſint deſtinata.

M. Nunc ad verborum explicationem pergamus: ac principio, cur Patris nomen hîc, potius quàm aliud quoduis, Deo tribuitur?

P. Quum ad rectam orandi rationem in primis requiratur ſecura cõſcientiæ fiducia, nomen hoc aſſumit Deus, quod nihil niſi meram ſuauitatem ſonat: vt ita excuſſa ex animis noſtris omni anxietate, ad ſe familiariter implorandum nos inuitet.

M. Ergóne Deũ audebimus ſine difficultate rectà adire, vt filii parentes

ſolent?

P. Omnino: quinetiam multo certiorē obtinendi quod petimus fiducia. Nam, vt admonet Magiſter, "ſi nos, quum mali ſimus, non poſſumus tamen filiis noſtris bona negare, nec eos dimittere inanes ſuſtinemus, nec venenum porrigimus illis pro pane: quanto plus beneficentiæ à cœleſti Patre expectandum eſt, qui non tantùm ſummè bonus eſt, ſed ipſa etiam honitas?

Mat. 7. b. Eſa. 49. d.

M. Annon ex hoc quoque nomine argumentum ducere licebit, quò id quod initio dictum eſt, preces ſcilicet vniuerſas Chriſti patrocinio fundatas eſſe oportere, comprobetur?

P. Et quidem firmiſſimum. Neque enim "filiorum loco nos habet Deus niſi quatenus Chriſti ſumus mēbra.

Ioan. 15. b.

M. Cur noſtrum potius in commune Patrem nominas Deum, quàm tuum peculiariter?

P. Poteſt quidē fideliū vnuſquiſque "ſuum vocare: ſed cōmuni epitheto ideo vſus eſt Dominus quò nos ad exercendam in precibus charitatem

Rom. 8. c.

σθαι φιλοῦσι;

Μ. Γαίυμὴ οὐῶ. δηλὰ καὶ μᾶλλον ἐλπίσομὴ παρ' αὐτοῦ τύχεσθαι ὧν ἂν αἰτήσωμὴ, ἢ παρ' ἐκείνων. εἰ γὰρ ἡμεῖς (καίτοι γε ὄντες πονηροὶ) τοῖς ἡμετέροις υἱοῖς ἄρτον αἰτήσασιν οὐκ ἐπιδώσομὴ λίθον, πῶς ἂν ἡμᾶς δώσειε τὸν οὐράνιον πατέρα, ὃς οὐ μόνον πανάγαθός ἐστιν, ἀλλ' αὐτοαγαθότης;

Δ. Οὐκοῦν καὶ ταύτῃ τῇ θεωρίᾳ τεκμαίρεσθαι ἔχομὴ, δεῖν ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ δυνάμεις θεσπεσίους καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ σωτηρίας, οἱονεὶ θεμελίῳ, ἐπερειδομένας, καθάπερ εἴρηται;

Μ. Καὶ μάλιστά γε. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἄλλως ἰσχὺν ἔχομὴ πρὸς τὸ ἀξιοῦν ἐπέχομὴ παρ' αὐτοῦ, ἢ καθόσον τοῦ Χριστοῦ μέτεσμὴ.

Δ. Διὰ τί οὖν τὸν πατέρα ἰδίᾳ ὀνομάζεις, δηλὰ κοινῇ, πατέρα ἡμῶν;

Μ. Οὐδὲν κωλύει ἕνα ἕκαστον τῶν πιστῶν, πατέρα ἑαυτοῦ ἰδίως αὐτὸν καλεῖν. ἀλλ' ὁ Κύριος ἐνταῦθα ἀξιῶν ἡμᾶς πατέρα ἡμῶν ἐν κοινῷ προσαγορεύειν αὐτὸν, πρὸς τὸ τῆς ἀγάπης ἐν ταῖς εὐχαῖς ἅπτεσθαι ἡμᾶς

ἐλθεῖν ἠθέλησεν, ἵνα μὴ ἕκαστος ἑαυτῷ ὑπομιμνήσκων, τὴν ἄλλων ἀφροντίστως ἔχῃ.

Δ. Τί σημαίνει τοῦτο τὸ ὑπομνηματίδιον ῥητίδιον, Ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς;

Μ. Ὅμοιόν ἐστιν ὡς εἰ ὕψιστον, μεγαλοδώρεμον καὶ ἀκατάληπτον αὐτὸν ὀνομάζοιμι.

Δ. Πῶς τοῦτο φῄς;

Μ. Μανθάνομεν γὰρ ἐντεῦθεν, ὅτι ὑπερμεγέθη τὸν Θεὸν προσήκει τὰς ἡμετέρας ψυχὰς ἄνω βλέπειν, ἵνα μὴ ἀνθρωπίνως καὶ ταπεινῶς περὶ αὐτοῦ διανοώμεθα, τῇ ἡμετέρᾳ φαντασίᾳ αὐτὸν μετρῶμεν καὶ περιγράφωμεν, καὶ οὕτω συγκαταβαίνειν εἰς τὰς ἡμετέρας ὑπονοίας αὐτὸν ἀξιῶμεν, μᾶλλον δὲ τὸ ἔνδοξον αὐτοῦ μεγαλειότητα ἐνδεικνύμεθα. ἐπὶ τοῦτο ἡμᾶς ἄγει πρὸς τὸ μᾶλλον αὐτῷ πεποιθέναι, ὅτε ὑπερκόσμιος δεσπότης, πάντων ἄρχων καὶ τὰ πάντα κυβερνῶν ἀνακηρύττεται.

Δ. Νῦν μοι τὸ προτεθὲν αἰτήσεως τὸ κεφάλαιον διασάφησον.

Μ. Τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα καλεῖται ἡ παρ' ἀνθρώποις ἔνδοξα αὐτοῦ. ἐγχώμεθα οὖν, παντοκρατορεύειν καὶ τὰ πάντα διοικεῖν αὐτὸν

assuefaceret: ne, aliis neglectis, tantùm se quisque curet.

M. Quid sibi vult quæ additur particula, Deum esse in cælis? cc

P. Perinde est acsi excelsum, potentem, incomprehensibilem vocarem ipsum.

M. Quorsum id, & qua ratione?

P. Nempe, hoc modo sursum mentes, quum eum inuocamus, docemur erigere, nequid de ipso carnale aut terrenum cogitemus, néve eum moduli nostri metiamur captu: ne humilius de ipso aliquid sentientes, in obsequiũ voluntatis nostræ redigere ipsum velimus: sed potius cum timore & reuerentia maiestatem eius glorioſam suspicere discamus. Valet etiã hoc ad excitandã cõfirmandámque nostram in ipso fiduciam: dum cœli dominus ac præses, qui arbitrio suo regat omnia, prædicatur.

M. Recita mihi primi postulati sũmã.

P. Per nomen Dei, Scriptura notitiã famámque intelligit qua inter homines celebratur. Optamus ergo vt eius gloria vbique & in omnibus

prouehatur.

M. Verùm, accederéne quicquam poteſt Dei gloriæ, aut decedere?

P. In ſeipſa nec creſcit, nec minuitur: verùm illuſtrari inter homines, vt par eſt, optamus, vt, quicquid facit Deus, omnia eius opera, vt ſunt, ita glorioſa appareant: quò modis omnibus ipſe glorificetur.

M. In ſecunda petitione quid per Dei regnum intelligis?

P. Duobus potiſſimum membris conſtat: vt electos Spiritu gubernet ſuo: vt reprobos qui ſe illi in obſequium tradere recuſant, proſternat & exitio tradat: vt ita palàm fiat, nihil eſſe quod reſiſtere eius virtuti queat.

M. Qualiter regnum hoc vt veniat precaris?

P. Vt fideliũ numerũ in dies augeat Dominus, vt nouis Spiritus ſui donis

καὶ ἀδοξεῖν.

Δ. Πότερον οὖν ἡ τοῦ Θεοῦ δόξα ταύτη ὄσιν οἷα αὔξεσθαι, ἢ μειοῦσθαι;

Μ. Οὐδὲ αὔξησιν οὐδὲ μείωσιν λαμβάνειν αὐτὴν ἐνδέχεται, ὅσα γε καθ ἑαυτήν· ἀλλ' ἀχράντα ἀοίδιμον καὶ φιλοπούδαστον αὐτὴ τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ, ὡς ἂν καὶ ἄξιον, καὶ γινώσκειν αὐτοὺς τὴν ὑπερφανοῦσαν πᾶσι τοῖς τοῦ Θεοῦ ἔργοις δόξαν, ἵνα λάβωσιν ἀπὸ πάντων ἀφορμὴν τοῦ δοξάζειν αὐτόν.

Δ. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ αἰτήματι ἵνα νοεῖς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ; ‘‘

Μ. Δύο ὄσιν ἐν οἷς θεωρεῖται μάλιστα· ὅτε δηλονότι τοῖς ἐκλεκτοῖς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἄγῃ καὶ κυβερνᾷ, καὶ ὅτε τοὺς κακοὺς, τοῖς ἀφιωιάζοντας τῆς δουλείας αὐτοῦ, κακῶς ἀπόλλυσιν. ἵνα φανερὸν ἅπασι γένηται ὅτι οὐδὲν πρὸς τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἀνθίστασθαι δυνατόν.

Δ. Πῶς δὲ ταύτην τὴν βασιλείαν ἐλθεῖν εὔχῃ; ‘‘

Μ. Ἵνα τὸν τῶν πιστῶν ἀριθμὸν καθ' ἑκάστην αὔξῃ ὁ Κύριος, καὶ διέπαλλήλοις Πνεύματος αὐτοῦ χαρίσμασι πλουτίζων αὐτοὺς

οὐ παύηται, ἕως ἂν ἐκεῖνα ἔκπλεω αὐτοῖς γένηται. ἔτι δὲ καὶ ἵνα τῷ αὐτοῦ ἀληθείαν ὑπερπλέον φανεροῖ, ἐφ' ᾧ τὸ τοῦ διαβόλου σκότος ἀπωσθείη· καὶ τῷ δικαιοσύνῃ αὐτοῦ περιδηλον ποιῇ, ὅτι τοῖς πᾶσιν ἀδικίαν καταλύεται.

Δ. Ἆρ' οὐχὶ ταῦτα ὁσημέραι ὄψιν ἰδεῖν γινόμεθα;

Μ. Γίνεται οὕτως ὥστε δικαίως ἡμᾶς λέγειν ὅτι ἀρχὴ ἡ τοῦ Θεοῦ βασιλεία ἔληφε. Τοιαύτῃ δὲ χόμεθα ταύτην τὴν βασιλείαν συνεχῶς ὑπίδιον λαμβάνειν, ἕως ἂν ἐς τὸ ἄκρον ἀφίκηται. ὃ τῇ ἑαυτῇ ἡμέρᾳ μέλλει συμβαίνειν, ἐν ᾗ μόνος ὑψωθήσεται, κοσμάτων πάντων αὐτῷ ὑποταγέντων, αὐτός τε τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ἔσται.

Δ. Πῶς δὲ δύχῃ τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα γενηθῇ;

Μ. Οὕτως ὥστε πᾶν κτίσμα ἀήνιον αὐτῷ εἶναι καὶ ἀπειθὲς, ἵνα μηδὲν παρ' ὃ αὐτῷ δοκῇ γίνηται.

Δ. Ἆρα οὖν νομίζῃς ὅτι ἐνδέχεται ποιεῖν κατὰ τὸ τοῦ Θεοῦ γνώμην;

ſubinde eos cumulet, donec prorſus impleuerit. Ad hæc vt ſuam veritatem ad diſcutiendas Satanæ tenebras magis ac magis lucidam conſpicuámq; reddat: vt iuſtitiam ſuam proferendo, iniquitatem omnem aboleat.

M. Nónne quotidie fiunt hæc omnia?

P. Fiunt eo modo vt inchoatũ dici poſſit regnum Dei. Optamus ergo vt aſſiduè creſcat ac prouehatur, donec ad ſummum faſtigium peruenerit. Quod vltimo demum die futurũ ſperamus, quo Deus ſolus, omnibus creaturis in ordinem coactis, exaltabitur, & eminebit: adeóque erit "omnia in omnibus. 1.Cor.15.d

M. Quod petis vt Dei voluntas fiat, quem id habet ſenſum?

P. Vt in eius obſequium ſubigantur creaturæ omnes, pendeántque ita ex eius nutu nequid niſi ipſius arbitrio fiat.

M. Ergóne fieri quicquam præter eius voluntatem poſſe ſentis?

P. Non optamus tantùm vt quod decreuit apud se, eueniat, sed etiam vt domita subiugatáque omni contumacia, omnes omnium voluntates suæ subiiciat, & in eius obedientiam componat.

M. Annon, ita precando, propriis voluntatibus cedimus?

P. Omnino: neque in hunc tantùm finem vt quæcunque cum sua voluntate pugnant in nobis desyderia, irrita faciat: sed etiam vt nouas in nobis mentes, nouáque corda formet, ne quid velimus ipsi à nobis, sed Spiritus potius eius votis nostris præsit, vt plenam habeant cum Deo consensionem.

M. Cur id in terra fieri optas, sicut in cœlo?

P. Quoniã hoc vnũ propositũ habẽt sancti Angeli, qui cælestes sunt eius creaturæ, vt illi in omnibus obsequãtur, sintq; semper & dicto audientes, & ad obeunda obsequia vltro parati: talẽ obediẽdi propẽsionẽ hominib⁹ optamus, vt se quisq; illi in voluntariam subiectionem prorsus addicat.

M. Nunc ad secundã partẽ veniamus.

Μ. Οὐχ ἁπλῶς ἀχόμεθα ἀποβαίνειν τὸ διεγνωσμένον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἀπείθειαν ῥιζόθεν ἀποσπάσαντα, πᾶν θέλημα πρὸς τὸ ἴδιον ἐφαρμόζειν, καὶ αὐτῷ ἀπειθὲς ἀφραγίζεσθαι.

Δ. Οὐκοῦν, ὅταν τοῦτο ἀχώμεθα, τῆς ἡμετέρας ὀπισθυμίας ἀποστησόμεθα;

Μ. Ἔγωγέ φημι· ἵνα δηλαδὴ ὁ μόνον τὰς ἐν ἡμῖν ἀλόγους ὁρμὰς, τὰς τῷ θελήματι αὐτοῦ ἐναντιουμένας, αἰσθάνοις ποιῇ, διὰ καὶ ἵνα καινὸν δράθεσιν τῆς ἡμετέρας καρδίας ἐμβάλῃ. ὡς μηδὲν ἡμᾶς ἀφ' ἑαυτῶν βούλεσθαι, ἀλλὰ τὸ βούλημα ἡμῶν, βούλημα εἶναι τὸ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν Πνεύματος αὐτοῦ, ὅπως αὐτῷ κατὰ πάντα συμφρονῶμεν αὐτῷ.

Δ. Τίνος δὲ χάριν τοῦ κειμένου τὸ, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς;

Μ. Ἐπειδὴ τὰ οὐράνια κάτοικα αὐτοῦ, λέγω δὲ οἱ ἄγγελοι, πᾶσαν εὐκολίαν ποιοῦνται ἐπὶ τῷ θεοῦ αὐτῷ πείθεσθαι, καὶ ἀθρόας ἐν πᾶσιν ὑπηρετεῖν, ἀχόμεθα καὶ ἡμᾶς ὁμοίως γίνεσθαι ἐν τῇ γῇ, τὸ δηλονότι ἕκαστον ἡμῶν προθυμεῖσθαι πειθαρχεῖν αὐτῷ.

Δ. Ἄγε δή, ἐπὶ τὸ δεύτερον χώμεθα μέρος.

"τί σημαίνει ὁ ἐπούσιος ἄρτος, ὃν αἰτεῖς;

Μ. Ταῦτα δήπουθεν ὅσων χρείαν ὁ παρὼν βίος ἔχει. οὐ μόνον δὲ τὰ πρὸς τροφὴν καὶ τὸν ἱματισμὸν αἰτήματα, ἀλλὰ καὶ ἄλλα ὧν προσδεόμεθα, πρὸς τὸ ἀδύμως καὶ ἀπαραίτητος ἔχειν τὸν δοθέντα ἄρτον.

Δ. Ἀλλὰ διὰ τί καὶ τοῦτο δοῦναι τοῦ Θεοῦ τὸν οὐχὶ καλεῖν ὁ τοῖς ἰδίοις πόνοις ἡμᾶς ποιεῖσθαι ἀξιοῖ;

Μ. Εἰ καὶ ἡμᾶς τὰ ὀπτήδεια πόνῳ καὶ ἱδρῶτι ποιεῖσθαι προσήκει, ὅμως γε οὐ διὰ τῆς ἡμῶν ἀγχινοίας ἢ δὲ φιλοπονίας τρεφόμεθα, ἀλλὰ μόνον διὰ τῆς ἀλογίας τοῦ Θεοῦ, δι' ἣς οἱ κάματοι ἡμῶν ἀνέχουσιν, οἱ ἄλλως ἄπρακτοι αὖ γιγνόμενοι. ἔτι δὲ καὶ τοῦτο νοεῖν ἄξιον, ὅτι οὐ τὰ σιτία δύναται τρέφοντα ἡμᾶς τῇ ἑαυτῶν οὐσίᾳ, κἂν ἄφθονα παρῇ, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις. οὐ γὰρ ἐκείνοις ἡ τροφὴ ἐμπέφυκε δύναμις, ἀλλ' ὁ Θεὸς ἀπ' οὐρανοῦ ταύτην αὐτοῖς, ὡς φησι, δι' ἑαυτοῦ ἐλευθεριότητος ὀργαίοις, καταπέμπει.

Δ. Πῶς δὲ τὸν ἄρτον καλεῖν εἰκὸς ὃν σοι

Quid tibi significat quotidianus, quem petis, panis?

P. In vniuersum quicquid ad tuendam præsentem vitam facit: nō alendo tantùm, aut vestiēdo, sed præbendis quoque aliis omnibus adminiculis, quibus sustinentur externæ vitæ necessitates: quò panem nostrū, quatenus expedire Dominus nouit, tranquilli comedamus.

M. Cur autē tibi à Deo donari optas quod nos labore nostro parare iubet?

P. Tametsi victus parandi causa laborandū ac etiā sudandū nobis est, non labore tamē nostro, nō industria, nō sedulitate alimur: sed vna Dei benedictione, qua labor ipse manuū nostrarum prosperatur, futurus alioqui inanis. Præterea sic habēdū est, etiā quū ciborū copia nobis ad manum suppetit, illisq; vescimur, nō illorum tamē substātia, sed sola Dei virtute nos ali. Neq; enim vim eiusmodi habent à natura ingenitam, sed Deus è cœlo, tanquam beneficentiæ suæ organis, administrat. Deut. 8. a, & d.

M. Atqui tuum quo iure panem vo-

cas, quum tibi à Deo postules dari?

P. Nēpe, quia Dei benignitate fit nostrer, vtcunque nobis minimè debeatur. Admonemur etiam hoc verbo, ab alieno pane appetēdo nobis temperare: contentique eo esse qui legitima ratione, tanquam ex Dei manu, ad nos peruenerit.

M. Quotidianum cur addis & Hodie?

P. His duabus particulis ad moderationem instituimur ac continentiā, ne modum necessitatis vota nostra excedant.

M. Quum hæc communis omnium esse debeat precatio, quî fieri potest vt diuites, qui domi abundant, repositámque in longū tempus annonā habent, sibi petant in diem dari?

P. Hoc diuites peræquè ac pauperes constitutum habere oportet, nihil eorum quæ habent, sibi profuturum, nisi quatenus & vsum illis concesserit Deus, & sua gratia effecerit vt vsus ipse fructuosus sit & efficax. Itaque, omnia possidendo, nihil habemus, nisi quatenus in sin-

ωδὲ τῦ Θεῦ δίδοσθαι δύχη;

Μ. Ὅτι τῇ τῦ Θεῦ χρηστότητι ἡμέτερος γίνεται, καίτοιγε μὴ ὀφειλόμενος ἡμῖν. ἔπειτα δὲ καὶ μανθάνομεν ἐντεῦθεν τὸ μὴ δεῖν τῦ ἀλλοτρίου ἄρτου ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ σπεύδειν ἐκείνῳ ὃν αὐ ἡμεῖς, τὰ δέοντα πραξάντες, οἷς ἂν τῆς τῦ Θεῦ χειρὸς δεξώμεθα.

Δ. Τίνος δὲ χάριν προστίθης τὸ ἐπιούσιον καὶ τὸ σήμερον;

Μ. Ἵνα παραιτησώμεθα μὴ δεῖν πλείω τῶν ἀναγκαίων αἰτήσασθαι.

Δ. Δέον πάντας ταύτῃ τῇ προσευχῇ χρῆσθαι πῶς οἱ πλούσιοι τ' ἀνθρώπων, οἱ πολὺν βίον εἰς μακρὸν χρόνον ταμιευσάμενοι, τὰ πρὸς ἡμέραν μίαν ἀναγκαῖα αἰτήσουσι;

Μ. Τοῦτο πλουσίους ἅμα καὶ πένητας πεπεῖσθαι χρή, ὅτι οὐδὲν ὧν κέκτηνται, αὐτοῖς ὠφελῆσαι δυνήσεται, εἰ μὴ ἐφόσον αὐ ὁ Θεὸς τὸ δοῦναι ταύτοις χρῆσθαι προθήσεται, καὶ τῇ αὐτῦ χάριτι τὸ ταῦτα χρῆσιν ὀνήσιμον αὐτοῖς κατασήσῃ. τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, καίπερ πάντα κεκτημένοι, οὐδὲν ἔχομεν πλέον ἢ ὅπερ ὁ Θεὸς τῇ ἰδίᾳ χειρὶ ἡμῖν

καθ' ἑκάστην ὥραν προσφέρει, ἐφόσον γε ὀν χρείᾳ τυγχάνομεν ὄντες.

Δ. Τί αἰτεῖς ἐν τῷ πέμπτῳ κεφαλαίῳ;

» Μ. Τὸ συγγνώμης τῶν ἁμαρτιῶν τυχεῖν παρὰ τοῦ
» Κυρίου τυχεῖν.

Δ. Ἆρ' οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων δύναιτο ἂν οὕτω δίκαιος ὥστε μηδὲν τούτης τῆς συγγνώμης δεῖσθαι;

Μ. Μηδαμῶς. πᾶσαν γὰρ τῆς προσευχῆς τύπον τοῖς ἰδίοις ἀποστόλοις προθεὶς, ἅμα καὶ ὅλῃ τῇ ἐκκλησίᾳ κατέλιπε. διὸ καὶ ὅσοις τούτης τῆς αἰτίας ἀπηλλάχθαι βουλήσεται, τούτου δεῖ τῆς πιστῶν κοινωνίας ἀποτάξασθαι δεῖ. ἄλλως τε καὶ ἐπεὶ τὰς ἱερὰς γραφὰς ἀκούομεν λεγούσης, ὅτι ὃς ἂν ἑνὸς ἐγκλήματος καθαρὸν αὐτὸν ὄντα δείξαι θέλῃ τῷ Θεῷ, χίλια ἄλλα ἐπενεχθήσεται αὐτῷ. οὐδεμία οὖν ἄλλη πλὴν τοῦ ἐλέους αὐτοῦ λείπεται πᾶσιν ἀπορροφή.

Δ. Πῶς δὲ νομίζεις ἀφίεσθαι ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας;

Μ. Ὡς τὰ τοῦ Χριστοῦ ῥήματα ἐμφανίζει. τὰ μὲν γὰρ ἡμέτερα πλημμελήματα ὀφειλαί εἰσι, δι' ἃς τὸν αἰώνιον θάνατον κατεκρίθη-

gulas horas ex manu Dei percipimus quantum nobis neceſſe ſatiſque eſt.

M. Quid continet quintũ poſtulatum?

P. Vt peccata nobis ignoſcat Dominus.

M. Nemóne reperietur mortalium tam iuſtus qui hac venia non indigeat?

P. Nemo prorſus. Hanc enim precandi formam quum Apoſtolis ſuis dedit Chriſtus, vniuerſæ Eccleſiæ deſtinauit. Quamobrem, qui ſe hac neceſſitate eximere volet, e ſocietate fidelium exeat oportet. Et ſanè audimus quid Scriptura teſtetur: nempe" qui in vno purgare ſe corã Deo contendet, deprehenſum iri in millereum. Vnicum ergo omnibus ad eius miſericordiam perfugium reſtat. Iob.9.a.c.

M. Quomodo peccata nobis remitti exiſtimas?

P. Sicut ipſa Chriſti verba ſonant. eſſe nomina ſcilicet, quæ obſtrictos æternæ mortis reatu nos te-

neant, donec mera ſua liberalitate nos Deus liberet.

M. Gratuita igitur Dei miſericordia peccatorum veniam obtinere nos dicis?

P. Omnino. Nam ſi vnius vel minimi peccati redimenda ſit pœna, nos ſatisfaciendo nequaquam erimus. Omnia igitur gratuitò ignoſcat & cõ donet neceſſe eſt.

M. Quid ex hac remiſſione vtilitatis ad nos redit?

P. Tum illi perinde accepti ſumus ac ſi iuſti eſſemus & innocentes, ſimúlque paternæ eius beneuolentiæ fiducia, vnde nobis certa ſalus, conſcientiis noſtris confirmatur.

M. Hæc quæ apponitur conditio, Vt nobis remittat, ſicut nos remittimus debitoribus noſtris, num mereri nos à Deo veniam ſignificat, hominibus, ſiquid in nos peccarunt, ignoſcendo?

μθμ, καὶ τούτῳ ἔνοχοι ὄντες διαπελοῦμθμ, ἕως ἂν ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐλθυθερότητος ἐκείνας ἡμῖν καταχρίσηται.

Δ. Σὺ οὖν λέγεις ἡμᾶς συγγνώμης τῶν ἁμαρτημάτων τυχεῖν δωρεαὶ καὶ διὰ τὸ ἐλέου τὸ Θεοῦ μόνον, ἄτε δὴ μηδεμίαν ἀντίδοσιν παρ' ἡμῶν λαβεῖν δυναμένου.

Μ. Ἔμφρων. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἱκανοὶ ἐσμὲν ἡδὲ ὑπὲρ τὸ ἐλάχιστον τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων ἀποῖσαι. ἀνάγκη οὖν ὅτι τὸν Θεὸν ἡμῖν διὰ μόνον τὸ ἐλεητικὸν αὐτοῦ συγγινώσκειν.

Δ. Τί δὲ ὄφελος ἡμῖν ἐκ τοῦ συγγνώμης τῶν πλημμελημάτων τυχεῖν ὑπὸ Θεοῦ;

Μ. Τότε δὴ ἡμεῖς οὕτως ἀρέσκομθμ αὐτῷ ὡς δίκαιοι καὶ ἄμεμπτοι ὄντες. ἅμα δὲ καὶ τοῦτο τῶν πατρῴων αὐτοῦ ὡς ἡμᾶς θυσιῶν τὰς ἡμετέρας ψυχὰς πιστοῦται καὶ βεβαιοῖ, ἣ σωτηρίαν ἡμῖν φέρει.

Δ. Οὔπω ὁ παρεληλυθὼς διορισμός, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμθμ τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, ἅ ἐστι δηλοῖ ἀξίους ἡμᾶς εἶναι συγγνώμης τυχεῖν παρ' αὐτοῦ, ἐὰν καὶ αὐτοὶ τοῖς ἀνθρώποις συγγινώσκωμθμ;

Μ. Ηκισα. οὕτω γὰρ ὅτι αὐ τοῦτο ἐδίδοτο αὐτῷ, καὶ ὅτι αὐ ἐν μόνην τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀπόπσιν, τὸ τὸ οἰκεῖον αἷμα ὑπὲρ τοῦ ἡμῶν καταβαλόντος, θεμέλιον ἔχουσι· ἀλλὰ καθότι ἡμεῖς, τῇ πρὸς ἀλλήλους ἀμνησίᾳ, τῆς ἐκείνου τοῦ ἀότητος καὶ χρηστότητος μιμητὰί ἐσμεν, καὶ ὅτω φανερὸν τοῦτο ὅτι ἐκείνου τοῦτο ἐσμὲν, τοῦτο οἷον ζήτημα τὴν ἡμῶν πίστιν βεβαιώσαι ἠθέλησε, καὶ διδάσκει ὅτι ἐὰν πάλιν μὴ τοῦτοι καὶ συγγνωμονικοὶ ὦμεν, πάντως τοῦ δοκᾶν δεῖ ἀποπίπτειν ἐις ἡμᾶς αὐτόν.

Δ. Σὺ οὖν ἀποφαίνεις, ἔοικας ὅτι ὁ Θεὸς ἀφιέναι καὶ πῖς ἑαυτὸ παρὸν ἐλεεῖν φησὶν ἀξιοῖ ὅσοι ἀμνησικακεῖν οὐ δυνανται· διὸ καὶ οὐδεὶν ἐλπίζειν αὐτοὺς δύνασθαι συγγνώμης παρὰ Θεοῦ.

Μ. Οὕτω, καὶ δὴ καὶ ἐκ τούτων δῆλον ὅτι ἐὰν αὐτοῖς ἀληθεύσῃ τὸ ἀναγκαῖον, Ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.

Δ. Λέγε τὸ μετὰ ταῦτα.

Μ. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Δ. Ἀρά γε δι' ὧν ἐν μόναν αἰτῖς;

P. Minimé. Sic enim iam gratuita remissio non foret, nec sola Christi satisfactione, qua in cruce pro nobis defunctus est, sicuti par est, fundata. Verùm, quia irrogatas nobis iniurias obliuiscendo, dum eius clementiam ac bonitatem imitamur, re ipsa nos eius filios esse demonstramus: hac ideo tessera confirmare nos voluit, & simul ex aduerso ostendere, nisi faciles nos ad ignoscendum & flexibiles præbuerimus, nihil esse aliud à se expectandum quàm summum & inexorabilem seueritatis rigorem.

M. Hìc ergo abdicari à Deo expungique filiorum loco dicis omnes qui offensiones ex animo deponere non possunt, neque sibi in cœlo veniæ locum fore confidant.

P. Ita sentio: vt impleatur illud, "remensum cuique iri eadem mensura qua erga alios vsus fuerit. Mat. 7. f. luc. 6. d.

M. Quid postea sequitur?

P. Ne nos Dominus in tentationem inducat, sed à malo potius liberet.

M. Hoc totúmne in vnam petitio-

nem includis?

P. Nonnisi vna est petitio. Posterius enim membrum prioris explicatio est.

M. Quid summatim continet?

Rom.7.b. 1.cor.10.c P. *Ne ruere nos aut labi in peccatum Dominus sinat: ne diabolo nos carnisque nostræ cupiditatibus, *quæ assiduum nobiscum bellum gerunt, vincēdos permittat: quin potius sua nos ad resistendum virtute instruat, sustineat nos manu sua, præsidio suo muniat ac tegat, vt ita sub fide tutelaque eius in tuto habitemus.

Galat.5.c 1.pet.2.b.

M. Quo autem modo id fit?

P. Quum eius Spiritu gubernati, tali iustitiæ amore desyderióque imbuimur, quo peccatum, carnem, & Satanam superemus: tali rursum odio peccati, quod nos à mundo segregatos in pura sanctitate contineat. In Spiritus enim virtute victoria nostra consistit.

M. Habéntne omnes opus hoc auxilio?

P. Et quis carere posset? Imminet

Μ. Ναί. τὸ γὰρ δεύτερον κῶλον ἐπεξηγηματικὸν τοῦ πρώτερού ἐστιν.

Δ. Τί οὖν ἐστι τῆς σῆς αἰτήσεως τὸ κεφάλαιον;

Μ. Ἵνα μὴ εἰς τὸ κακὸν ἡμᾶς ἐξολισθαίνειν ἐᾷς, μηδὲ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν κακῶν ὀπῶν ἐπιθυμιῶν ἡττηθῶμεν, αἳ συνεχῶς πολεμοῦσιν ἡμῖν· ἀλλὰ ᾧ ἑαυτοῦ κράτει ἡμᾶς πρὸς τὰ ἀνθίσαντα τούτοις ὁπλίζῃ, ἡμῶν τε τῇ χειρὶ ἀντέχηται, καὶ ἡμᾶς φρουρῇ, ἵνα ἀσφαλῶς τοῖς ἡμῶν αὐτοῦ ἐν ἐχυρῷ οἰκῶμεν.

Δ. Πῶς δ' ἂν τοῦτο γένοιτο ἄν;

Μ. Ὅταν ᾧ πνεύματι αὐτοῦ ἀγώμεθα, τῷ ἄνωθεν ἔρωτι καὶ πόθῳ τῆς δικαιοσύνης τῷ ἡμῖν ἐμφυομένῳ τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν σάρκα καὶ δὴ καὶ τὸν διάβολον καταπαλαίωμεν· πάλιν δὲ, ὑπὸ τοῦ σφοδροῦ τῆς ἁμαρτίας μίσους, τῶν κοσμικῶν ἀπαλλατόμενοι, τῇ ὁσιότητι συζῶμεν. ἡ γὰρ τοῦ πνεύματος δύναμις νικηφόρος ἡμῖν ἐστι.

Δ. Πότερον δὲ πάντες ταύτης τῆς ὑπηκοείας χρείαν ἔχουσι;

Μ. Καὶ μάλα γε. ὁ γὰρ διάβολος ἀεὶ ὑπ-

βουλεύων ἡμῖν διαπελᾷ, καὶ φθονοσεῖ ὡς
λέων ὠρυόμενος, ζητῶν τίνα καταπίῃ. ἡ-
μεῖς δὲ ἐπ' ἀσθενείας αὐτοῦ μάλα ἀπα-
γρυπνοῦμεν αἰεὶ καὶ ἐκκαμνομεν, μᾶλλον δὲ
καὶ καθ' ἕκαστον ἀκαρὲς τοῦ χρόνου ἀπο-
λοίμεθα, εἰ μὴ ὁ Θεὸς τὰ ἑαυτοῦ ὅπλα ἡ-
μᾶς πρὸς μάχην ἐνέδυε, καὶ τῇ ἑαυτοῦ
χειρὶ ἐκράτυνεν, ὥστε καὶ κρείττονας αὐτοῦ
εἶναι.

Δ. Τί δὲ ἐνταῦθα σημαίνει τὸ πειρασμός;

Μ. Τοὺς δόλους καὶ τὰς πανουργίας τοῦ διαβόλου, δι' ὧν ὅπως χεραὶν ἡμῖν ου παύεται· ὡς ἀκριβοῦμεν, ἄρα πῆς ἰδίοις σκευωρήμασι ῥᾳδίως, εἰ μὴ ἐπὶ τῷ Θεῷ ἐβοηθούμεθα. καὶ γὰρ ὁ ἡμέτερος νοῦς, ἐπὶ τῆς ἐμφύτου αὐτῷ κενότητος, ταῖς αὐτοῦ ἀπάταις ἁλώτος ἐστιν. ἄλλως τε καὶ ἡ ἡμετέρα γνώμη, διὰ τὸ μᾶλλον πρὸς τὸ κακὸν ἢ κατάφορος πεφυκέναι, ἁδρὸς αὐτῇ ἐπέφυτο.

Δ. Τίνος ὄφελον παραιτῇ αὐτὸν μὴ εἰσεν-
εγκεῖν σε εἰς πειρασμόν; ὅπερ ἴδιον τοῦ διαβόλου ἔργον, οὐχὶ δὲ τοῦ Θεοῦ εἶναι δοκεῖ.

enim perpetuò nobis diabolus, "circuitque instar leonis rugientis, quærens quem deuoret. Nos verò, qua sumus imbecillitate, statim concideremus, imò singulis momentis actum de nobis foret, nisi Deus nos ad pugnam instrueret suis armis, manuque sua roboraret. "1.Pet.5.c.

M. Quid tibi significat tentationis nomen?

P. Astus fallaciásque Satanæ, quibus nos continenter adoritur, & facilè protinus circumueniret, nisi Dei ope adiuuaremur. Nam & mens nostra, pro natiua sua vanitate, obnoxia eius dolis: &, vt propensior est semper voluntas nostra in malum, protinus illi succumberet.

M. Verùm, cur deprecaris ne te in tẽtationem inducat Deus? quod Satanæ proprium, non autem Dei, videtur.

P. Sicut fideles protectione ſua tuetur Deus, ne aut fraudibus opprimantur Satanæ, aut à peccato ſuperētur: ita quos vult punire, non modò deſtituit ſua gratia, ſed etiam Satanæ tyrannidi tradit, cæcitate percutit, & coniicit in reprobam mentem: vt prorſus ſint peccato mancipati, & expoſiti ad omnes tentationum inſultus.

M. Quid ſibi vult hæc quæ adiecta
» eſt clauſula, Quoniam tuum eſt re-
» gnum, tua potentia & gloria, in ſe-
» cula ſeculorum.

P. Iterum hîc admonemur, Dei magis potentia & boniiate ſuffultas eſſe preces noſtras quàm vlla noſtri fiducia: præterea Dei laudibus preces omnes noſtras claudere docemur.

M. Nihilne fas eſt à Deo petere

Μ. Καθάπερ τῶν πιστῶν οὕτω προνοεῖται ὁ Θεὸς ὥστε μὴ ἐᾶν αὐτὰς ταῖς τοῦ διαβόλου ἀπάταις προσπίπτειν, μηδὲ τῆς ἀμαρτίας ἡττᾶσθαι· οὕτω δὴ οὓς αὖ κολάζειν ἀξιοῖ, οὐ μόνον τῆς αὐτοῦ βοηθείας καὶ χάριτος ἐρήμους καθίστησιν, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ διαβόλου τυραννίδι ὑποχείρους ποιεῖ, τά τε νοήματα αὐτῶν τυφλῶν καὶ εἰς ἀδόκιμον νοῦν παραδιδοὺς αὐτούς, ἵνα παντελῶς ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐξανδραποδισθῶσι, καὶ πᾶσι τοῖς πειρασμοῖς ὑποχείριοι ὦσι.

Δ. Τίνος δὲ ἕνεκα αὕτη ἡ ῥῆσις προσκειται; Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.

Μ. Ἵνα πάλιν μάθωμεν ὅτι δεῖ ἡμᾶς ἐλπίζειν τυγχάνειν ὧν ἂν προσευχόμενοι αἰτήσωμεν, ὑπὲρ ἡμᾶς (ἅτε δὴ ἀναξίους καὶ τῷ ὄντι καλέσαντος αὐτὸν ὄντας) ἀλλὰ διὰ τοῦ Θεοῦ δύναμιν καὶ ἀγαθότητα. ἅμα δὲ διδασκόμεθα διὰ τούτων, ὅτι ταῖς ἡμετέραις δεήσεσιν ἀεὶ προσήκει εἰς τὰ τοῦ Θεοῦ ἀποτελοῦσαν ἐγκώμια.

Δ. Ἆρ' οὖν ἔστιν αἰτῆσαί τι παρὰ τοῦ Θεοῦ

χωεὶς τῆ ταύτη τῆ προσευχῆ προσεχομένων;

Μ. Ἡμᾶς μὴ οὐδὲν κωλύει καὶ ἄλλαις λέξεσι καὶ ἄλλῳ εἴδει λόγου προσευχομένοις χρῆσθαι, ὅμως ὃ δεῖ εἰδέναι τοῦτο χρή, ὡς οὐδεμία προσευχὴ ἀρέσκειν Θεῷ δυνατὰι ἐὰν μὴ πρὸς ταύτην ἀναφέρηται, καὶ ὡς πρὸς κανόνα ῥυθμίζηται.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΤΟΥ Θεοῦ.

Δ. ΟΡΑ νῦν ἡμᾶς, ἀκολούθως ἢ ἐποιησάμεθα τῇ λόγου τάξει, τὰ περὶ τετάρτου μέρους τῆς ὀφειλομένης τῷ Θεῷ ὑμνῆς διεξελθεῖν.

Μ. Εἴρηται τοῦτο καὶ ἐν τῷ πεπεῖσθαι ὅτι αὐτὸς ἄρτιος πάντων ἀγαθῶν ὄντι, καὶ ὧν τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, καὶ δικαιοσύνην, σοφίαν τε καὶ δύναμιν μετ' ἀληθείας δοξάζειν· ἵνα

quàm quod est hac formula comprehensum?

P. Tametsi verbis aliis alióque modo liberum est precari, sic tamen habendum est, nullam Deo placere orationem posse quæ non huc, tanquam ad vnicam rite orandi normã, referatur.

DE VERBO Dei.

M. IAM instituta à nobis ordinis ratio postulat vt de quarta cultus Dei parte agamus.

P. Hanc in eo sitam esse diximus, vt Deum agnoscamus bonorum omnium autorem, eiusque bonitatem, iustitiam, sapientiam, potentiam, laude & gratiarum actione prosequamur: vt

in solidum bonorum omnium gloria penes ipsum resideat.

M. Nullámne huius partis regulam præscripsit?

P. Quicquid laudum eius extat in Scripturis, pro regula nobis esse debet.

M. Nihilne habet oratio Dominica quod huc pertineat?

P. Nempe quum optamus sanctificari eius nomen, hoc optamus vt omnibus eius operibus sua cõstet gloria: vt, siue peccatoribus ignoscat, misericors: siue vindictã exerceat, iustus: siue præstet suis quod promisit, verax censeatur. Denique, vt quicquid operum eius cernimus, ad eum glorificandum nos excitet. Hoc verò est bonorum illi omnium laudem tribuere.

M. Quid tandem ex iis quæ hactenus tractata sunt à nobis, colligemus?

P. Quod scilicet veritas ipsa docet, & ego initio proposui: hãc esse vitã æternam, "vnũ verum Deum nosse Patrem, & quem misit Iesum Chri- Ioan.17.a.

ἡμιὼ αὐτῷ ὡς πάντων ἁπλῶς ἀγαθῶν αἰτίῳ ἀπονέμομεν.

Δ. Οὐχὶ πρὸς κανόνα τοῦτο ἡμῖν φρόντιζε;

Μ. Παίπαι τὰ αὐτὸ ἐγκώμια, καὶ πάντες οἱ θεὸν αὐτὸν ἀχρεῖοι λόγοι, ὅσοι ἐν τῇ ἱερᾷ γραφῇ ἔχομεν, ἀντὶ κανόνος ἡμῖν εἰσιν.

Δ. Οὐκ ἔχω μὴ τὸ Κυρίου θεσπεσιώτερον τοῦτο;

Μ. Καὶ μάλα. ἀλλ' ὅμως τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα ἁγιάζομεν, ἀλλὰ τὸν ὄντως οὖσαν πᾶσι τοῖς αὐτοῦ ἔργοις δόξαν καταδηλον γίνεσθαι. καὶ ὅτως, εἴτε κολάζει, δίκαιον νομίζεσθαι· εἴτε συγγινώσκει, ἐλεήμονα· εἴτε ἃ ἐπιτελεῖται ὠφελεῖ, ἀληθινὸν καλεῖσθαι· καὶ ἑνὶ λόγῳ, ὅσα ὁρῶμεν αὐτοῦ ἔργα, πάντα θεοῦ τὸν αὐτοῦ δόξαν ἀναφέρειν. τοῦτο δή ἐστι τὸ τὸν ἀπὸ πάντων ἀγαθῶν δόξαν αὐτῷ ἀναθεῖναι.

Δ. Τί δή ποτέ ἐστι τὸ πάντων τῶν μέχρι τοῦδε εἰρημένων κεφάλαιον;

Μ. Ὁ μάρτυρεῖ τε αὐτὴ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἐγὼ ἀρχόμενος εἶπον, ὅτι δηλαδὴ αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωή, τὸ γινώσκειν ἕνα τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλεν Ἰησοῦν Χριστόν.

λέγω δὲ γινώσκειν, ὅταν τὴν θεοσήκουσαν αὐτοῦ ἡμῖν θεσάπωμεν, καὶ ἀποδεχώμεθα αὐτὸν ὡς οὐ μόνον διδάσκαλον καὶ δεσπότην, ἀλλὰ πατέρα τε καὶ σωτῆρα ἡμῶν ὄντα· καὶ δὴ καὶ ἐν μέρει ἑαυτοὺς παρεισάγωμεν αὐτῷ υἱούς τε καὶ δούλους· καὶ δι' ὅτου τὸν ἡμέτερον βίον εἰς τὴν τῆς αὐτοῦ δόξης διαθρύλλησιν ἀποτάξωμεν.

Δ. Τίνι δ' ἂν τρόπῳ τοσούτων ἀγαθῶν δυνάμεθ' ἂν τυγχάνειν;

Μ. Πρὸς ταῦτα ἡμᾶς ἀναγκῖν βουλόμενος, τὸν ἱερὸν αὐτοῦ λόγον κατέλιπεν ἡμῖν. ἡ γὰρ πνευματικὴ διδαχὴ οἱονεί τις θύρα δι' ἧς εἰς τὸ θεῖον αὐτοῦ βασιλείαν εἰσερχόμεθα.

Δ. Ποῦ δὲ ἱερὰ ταῦτα λόγια ζητητέον;

Μ. Ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς. ταύταις γὰρ ἐμπεριέχεται.

Δ. Πῶς δ' εὑρίσκοιμεν; οἵοιτ' ἂν εἴημεν ἐξ αὐτῶν ὠφελεῖσθαι;

Μ. Εἰ οὕτως ἀποδεχώμεθα αὐτὰ ὡς πεπισμένοι καὶ γραφὰς εἰδότες ἀληθείας ὄσαν τὴν θεοπόθεν προελθοῦσαν, ἅμα θεῖς τε ὄντες καὶ τῆς ἀληθοῦς φιλομαθείας ὄντες, τὸ ἡμῶν βούλημα καὶ τὴν νοῦν ἔχοντα ἡμῶν παρέ

ſtum. Illum, inquam, noſſe, vt debitũ ei honorem cultúmque exhibeamus, vtque non dominus tantùm ſit, ſed etiam pater ac ſeruator: noſque illi viciſſim filii ſimus & serui: & proinde vitam noſtram illuſtrandæ eius gloriæ dedicemus. Matt. 6. d.

M. Qua via ad tantum bonum peruenitur?

P. In hunc finem ſacrum ſuum verbum nobis reliquit. Eſt enim ſpiritualis doctrina, quædam veluti ianua, qua ingredimur in cœleſte eius regnum.

M. Vbinam quærendum eſt nobis hoc verbum?

P. In ſcripturis ſanctis, quibus continetur.

M. Vt fructum inde percipias, qualiter eo vtendum eſt?

P. Si ipſum ſolida cordis perſuaſione amplectimur, non ſecus ac certam veritatem è cœlo profectam: ſi nos illi dociles præbemus: ſi voluntates nostræque nostros in eius obſequium ſubiicimus: ſi

amemus ipsum ex animo: si cordibus nostris semel insculptum, fixas illic radices habeat, vt fructum proferat in vita: si denique formemur ad eius regulam, tum nobis in salutem, sicuti destinatum est, cedet.

M. Súntne omnia hæc in facultate nostra posita?

P. Nihil ipsorum prorsus: sed vnius Dei est, hoc totum quod retuli, in nobis efficere Spiritus sui gratia.

M. Verùm, ánnon adhibenda est à nobis diligentia, & omni studio enitendum, legendo, audiendo, meditando, vt eo proficiamus?

P. Imò verò, cùm se quisque priuatim quotidiana lectione exerceat, tum verò simul omnes præcipuè sedulò conciones frequentent, vbi salutis doctrina in cœtu fidelium explicatur.

M. Negas ergo esse satis si domi seorsum singuli legant, nisi omnes simul in commune ad eandem doctrinam

χωμεν, ἔτι δὲ καὶ ἐκ καρδίας αὐτὰ ἀγαπῶμεν· σωτελοῦντι δ' εἰπεῖν, ἐὰν ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἅπαξ ἐγκεχαραγμένα καὶ ἐρριζωμένα ᾖ, ὥστε τῷ ἡμετέρῳ βίῳ καρποφορεῖσθαι). τέλος δὲ, ἐὰν θεὸς αὐτὰ, ὥσπερεὶ κανόνα τινὰ, ἑαυτοῖς ῥυθμίζωμεν, τότε δὴ σωτηρίαν (ὅπερ αὐτοῖς ἔργον ἀποτέτακται) ἡμῖν οἴσει.

Δ. Ἆρά γε ταῦτα πάντα ἐφ' ἡμῖν ὄντα;

Μ. Οὔμενοῦν, οὐδ' ὁπωσοῦν τούτων, ἀλλὰ μόνος ὁ Θεὸς διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ὁπηνίκα ταῦτα ἐν ἡμῖν ἐνεργεῖν δύναται.

Δ. Οὐκοῦν ἡμᾶς δεῖ σπουδαίως καὶ ὑπομνηστικῶς τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς λογίοις διδάγματα διαγινώσκειν τε καὶ μελετᾶν, ἵνα θεοπνεύστως πράττωμεν;

Μ. Παίνυ γε. καὶ οὐ μόνον θεοπνεύστως ταῦτα ἕκαστον ἡμῶν ἰδίᾳ σπουδάζειν θεσπέσιον, ἀλλὰ δεῖ θεοπνεύστων φοιτᾶν καὶ αὐτὰ ξηλουμένους ἐν τῇ τοῦ θεοῦ τῶν πιστῶν ὁμιλίᾳ, καὶ ἐκεῖ τούτων ἀκούσασθαι.

Δ. Ἆρα οὖν, τὸν σὸν λόγον, οὐκ ἀπόχρη ἕκαστον οἴκοι διαγινώσκειν ταῦτα, ἀλλὰ δεῖ καὶ πάντας ὁμοῦ συνέρχεσθαι, τῶν ταῦτα

ἐπιφθονούντων ἀκουσόμεθα;

Μ. Παύμεθ' οὖν, ὅτι γε παρεῖκοι αὐτοῖς.

Δ. Ἄρα σύ που πίστιν ἔχεις τινὰ παρέχειν;

Μ. Πρὸς πίστιν ἀρκεῖ ἡμᾶς εἰκὼς τῷ δ' Κυρίου βουλήματι. ὃς δὲ τοῦτο τὸ διάταξιν τῇ αὐτοῦ ἐκκλησίᾳ συνέστησεν, οὐχ ἵνα δύο ἢ τρεῖς μόνον αὐτὴν διαφυλάττοιεν, ἀλλ' ἵνα κοινῇ πάντες. πλὴν διὰ τί ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὅπως ἂν ἄλλως αὐτὴν οἰκοδομεῖσθαι ἢ διασώζεσθαι δύναιτο. ἡμῖν δὲ οὐχ ὅσιον εἶναι νομίζειν τὸ τοῦ ἐπ' αὐτῷ παραδοθέντα κανόνα παραβαίνειν, οὐδέ γε τὸ οἴεσθαι ἐπὶ τὸν διδάσκαλον φρονεῖν.

Δ. Ἄρα οὖν ἀνάγκη πιστὰς εἶναί τὰς ἐκκλησίας παρεῖσθαι;

Μ. Μάλιστα. καὶ δὴ καὶ αὐτὴν ἀκοσᾶσθαι παρεῖκε, μετὰ ταπεινοφροσύνης τῆς τοῦ Χριστοῦ διδαχὴν ἀπὸ στόματος αὐτῶν ἐνδεχομένους. ἢν δέ τινα αὐτῶν, ἢ ἀκούσας ἀπαξιῶν, ἴσως τὸν Χριστὸν ἀπεμάξω, καὶ τῆς τῶν πιστῶν κοινωνίας ἀποπέμψω.

Δ. Ἀλλὰ μὴ πόρρω ἀπόχῃ Χριστιανὸς αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ἰδίου πτωχὸς ἅπας πεπαιδευμένος ἀνοίας τὸν βίον διδασκόμενον διά-

rudiendam conueniant.

P. Conuenire neceſſe eſt, vbi licet, hoc eſt, quum facultas datur.

M. Poteriſne mihi hoc probare?

P. Sufficere ad probationem abundè nobis debet vna Domini voluntas. "Hunc autem ordinem Eccleſiæ ſuæ cõmendauit, non quem duo aut tres duntaxat ſeruarent, ſed cui ſubeſſent communiter omnes. Ad hoc, illius tum ædificandæ, tum conſeruandæ hanc eſſe vnicam rationem pronuntiat. Sit ergo hæc nobis ſancta & inuiolabilis regula: nec ſibi fas quiſquam eſſe ducat ſupra magiſtrum ſapere. Ephes. 4. b

M. Eſtne igitur neceſſe præeſſe Eccleſiis paſtores?

P. Quinetiam neceſſe eſt audire ipſos, & quam proponunt Chriſti

P. doctrinam, ex eorum ore cum timore & reuerẽtia excipere. Itaque "qui ipſos contemnit audiréve detrectat, Chriſtum contemnit, ac diſceſſionem facit à ſocietate fidelium. Mat. 10. d. luc. 10. c.

M. Verùm, ſemélne à paſtore ſuo fuiſſe inſtitutũ ſatis eſt homini Chriſtiano, an curſũ hũc tota vita tẽnere

debet?

P. Cœpisse parum est, nisi perseueres. Christi enim discipulos vsque in finem, vel potius sine fine, esse nos oportet. Hanc verò functionem mandauit Ecclesiæ ministris, vt suo nos loco & nomine doceant.

DE SACRAMENTIS.

M. NON est aliud à verbo medium,(vt loquuntur)quo se nobiscum Deus communicet?

P. Verbi prædicationi adiunxit Sacramenta.

M. Quid est Sacramentum?

P. Externa diuinæ erga nos beneuolentiæ testificatio, quæ visibili signo spirituales gratias figurat, ad Dei promissiones

γειν δεῖ;

Μ. Μικρὸν ὄφελος τὸ ἅπτεσθαι, ἐὰν μὴ ζῆς ἐπαξίως βαπτισθῇς. καὶ γὰρ τοῦ Χριστοῦ μαθηταὶ ἐγένοντο ἡμᾶς μέχρι τέλους, μᾶλλον δὲ ἀνάβαντες τέλους, ὠφέλησαν. αὐτὸς δὲ ὁ Χριστὸς διακόνους τῆς ἐκκλησίας ἡμῖν αἱρεῖται ἑαυτοῦ διδασκάλους καθέστησεν.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΥστηρίων.

Δ. Ἆρ' οὐκ ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ ἢ διὰ τῶν γραφῶν κοινωνοῦμεν τῷ Θεῷ;

Μ. Τὰ μυστήρια τῷ τοῦ λόγου κηρύγματι σωτηρίαν ἔδωκε.

Δ. Τί ἐστι μυστήριον;

Μ. Τὸ διὰ τῶν ἔξωθεν μαρτυρεῖσθαι τῆς τοῦ Θεοῦ εἰς ἡμᾶς ἀγάπης, ὃ δι' ὁρατῶν σημείων τὰ παθήματα παρίστησιν ἡμῖν, ἵνα αἱ τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαι μᾶλλον ἡμῖν

ἡμετέραις καρδίαις ὑποφραγίζωνται, καὶ βεβαιοτέραν ἐλπίδα ὑπὲρ τῆς αὐτῶν ἔχωμεν ἀληθείας.

Δ. Ἆρα τούτῳ τῷ ὁρκῳ σημείῳ τοσαύτη πρόσεστι δύναμις, ὥστε ταῖς ἡμετέραις συνειδήσεσι περὶ τῆς σωτηρίας ἐπαλπίζειν;

Μ. Οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτό γε, ἀλλ' ἐπειδὴ ὅσον ἐφ' αὐτῷ τῷδε τῷ ἔργῳ προσεπάχθη.

Δ. Τοῦτο τοῦ ἔργου τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἰδίᾳ προσήκοντος, ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαις ἐν ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς ὑποφραγίσασθαι, πῶς σὺ τοῖς μυστηρίοις αὐτὸ προσάπτεις;

Μ. Πολλοῦ γε τοῦτο ἐκείνου διαφέρει. καὶ γὰρ ἔργον ἁγίου πνεύματος ἔργον ἴδιόν ἐστι τὸ ταῖς ἡμετέραις καρδίαις κινῆσαι καὶ φωτίσαι, ἔπειδὲ ἐστὶ ταῖς ἡμῶν συνειδήσεσι στέρεας περὶ τῆς τῶν ἐπαγγελιῶν ἐλπίδα κατασῆσαι. διὸ δὴ ταῦτα ἐκείνῳ μόνῳ ἀναθεῖναι χρή, καὶ μηδαμῶς τῷ ἡμετέρῳ ἄλλῳ οὐδενὶ περιάπτειν. οὐδὲν γὰρ τοῦτο κωλύει χρῆσθαι τοῖς μυστηρίοις τὸν Θεὸν, ὡς δευτέροις ὀργάνοις, ἢ αὐτὸ δι' αὐτοῦ δικῇ, ἅτε οὐδὲν διὰ τούτων τῇ τοῦ Πνεύματος δυνάμει ἀφαιρούμενα.

cordibus noſtris obſignandis, quò earum veritas melius confirmetur.

M. Tàntáne vis ſubeſt viſibili ſigno vt conſcientias in ſalutis fiducia ſtabiliat?

P. Id quidem à ſeipſo non habet, ſed ex Dei voluntate, propterea quòd ſit in hunc finem inſtitutum.

M. Quum propriæ ſint Spiritus ſancti partes, Dei promiſſiones in animis noſtris obſignare, hoc tu Sacramentis quomodo tribuis?

P. Longum eſt inter illum & hæc diſcrimen. Mouere enim & afficere corda, illuminare mentes, conſcientias reddere certas ac tranquillas, ſolius reuera Spiritus eſt: vt id totum cenſeri proprium ipſius opus debeat, illique acceptum referri, ne laus aliò tranſferatur: minimè tamen hoc obſtat quominus Sacramentis Deus vtatur, tanquam ſecundis organis, eáque in vſum adhibeat prout viſum fuerit: ídque ſic faciat ne quid Spiritus virtuti de rogetur.

M. Vim ergo efficaciámque Sacramenti non in externo elemento incluſam eſſe exiſtimas, ſed totam à Spiritu Dei manare.

P. Sic ſentio: nempe vt virtutẽ ſuam exerere Domino placuerit per ſua organa, quem in finẽ ea deſtinauit. Quod quidem ita facit vt Spiritus ſui virtuti nihĩl detrahat.

M. Potéſne mihi, cur ita agat, rationem reddere?

P. Hoc ſcilicet modo infirmitati noſtræ conſulit. Nam ſi ſpirituales eſſemus toti, Angelorum inſtar, ſpiritualiter tum eum, tum ipſius gratias poſſemus intueri: verùm, vt hac terreni corporis mole circundati ſumus, figuris indigemus, vel ſpeculis, quæ nobis ſpiritualium cœleſtiúmque rerum aſpectum terreno quodam modo exhibeant. neque enim aliter eò perueniremus. Simul etiam noſtra intereſt, in Dei promiſſionibus exerceri ſenſus omnes noſtros, quò melius nobis confirmentur.

M. Si verum eſt ideo inſtituta eſſe à Deo Sacramẽta vt ſubſidia neceſſitatis noſtræ forent, ánnon arrogantiæ

Δ. Σὺ οὖν ἡγῇ τὴν τοῦ μυστηρίου ἐνέργειαν παρ' ἔξωθεν στοιχεῖόν τι ἐγκεκλῆσθαι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ ἅλιν παρέρχεσθαι.

Μ. Ἔμφησε· ὅτι αὐτῷ δοκεῖ διὰ τῶν ἰδίων ὀργάνων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν φανερὰν κατασῆσαι· ὅπερ αὐτοῖς ἔργον ἀπένεμε. Τοῦτο δὲ ποιῶν, τὴν τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ δύναμιν ὑδαμῶς ἐλαττοῖ.

Δ. Ἆρα δύνασαι αἰτίαν ἀποδοῦναι δι' ἣν τοῦτο ποιεῖ;

Μ. Ἵνα τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν βοηθῇ. εἰ μὴ γὰρ πνευματικοὶ ἦμεν ὅλοι, ὡς περ οἱ ἄγγελοι, ἐδυνάμεθ' ἂν αὐτὰ τὰ χαρίσματα αὐτοῦ πνευματικῶς θεωρεῖν· νῦν δ' ὀπισθοδομοῦντων ἡμῶν ὡς ἐκ μίνος σώματος ὄγκῳ, ἀνάγκη αὐτὸ διὰ πινῶν τύπων καὶ οἱονεὶ καπήλων τὰ πνευματικὰ καὶ θεῖα παραδοῦναι ἡμῖν. ὁ γὰρ ἀΐδιος οἷός τ' ἐστὶν ἡμῶν διανοίᾳ θέλα εἶναι αὐτά. ἔστιν ὃ συμφέρει ἡμῖν, τοῦτο Θεὸς ἐπαγγελιῶν πεῖραν λαμβάνειν τὰς ἡμετέρας ἀληθοῦς πάσας θεὸς μᾶλλον βεβαίωσιν.

Δ. Εἰ οὕτως ἔχει τοῦτο, τὸ παραδοθῆναι ὑπὸ Θεοῦ τὰ μυστήρια ἐφ' ᾧ τὴν ἡμετέραν βοηθεῖν ἀσθενείᾳ, οὐκ ἄδικον ὑπο-

φανίαν καταγινώσκειν ἐκείνου ὃς αἰ μηδὲν δεῖσθαι τούτων οἴηται;

Μ. Κομιδῇ γε. καὶ δὴ καὶ ὅσοις τύπος ἀπαξιοῦ χρῆσθαι, ὡς οὐκ ἀναγκαίοις οὖσι, πρῶτον μὲν ἀπιάζει τὸν Χριστὸν, εἶτα δὲ καὶ τῷ αὐτῷ χαίρειν ἀδεπεῖ· καὶ τὸ Πνεῦμα σβέννυσι.

Δ. Πῶς δὲ δυνατὸν τὰ μυστήρια τῷ ἡμῶν ἐλπίδα βεβαιῶσαι, εἰ μὴ τούτων οἵ τε κακοὶ καὶ οἱ ἀγαθοὶ ἀναμίξ κοινωνοῦσι;

Μ. Καίτοι οἱ πονηροὶ τῷ διὰ τῶν μυστηρίων προσφέρεσθαι αὐτοῖς χαίρειν, πρὸς καθ' αὑτὸ, ἄχρηστον (ὡς εἰπεῖν) καθιστᾶσιν, οὐδὲν ἧττον ἡ ἰδία ἐνέργεια καὶ φύσις τῶν μυστηρίων ἀεὶ σῴζεται.

Δ. Πῶς οὖν καὶ πότε τῆς τῶν μυστηρίων ἐνεργείας ἀπολαύομεν;

Μ. Ὅταν μετὰ πίστεως ἀποδεχώμεθα αὐτὰ, Χριστὸν μόνον ἐν τούτοις καὶ τῷ ἐκείνου χαίρειν ζητοῦντες.

Δ. Διὰ τί ζητητέον ἐν ἐκείνοις τὸν Χριστὸν λέγεις;

Μ. Ἵνα δηλαδὴ ὅπερ ἐχρὴ ἡμᾶς τῷ ὁρατῷ σημείῳ προστεθεικέναι, ὡς σωτηρίαν φέρειν

damnari meritò deberet ſiquis iudicaret illis ſe, tanquam non neceſſariis, poſſe carere?

P. Omnino. Atque adeo ſiquis illorum vſu ſponte abſtineat, acſi opus non haberet, Chriſtum contemnit, ipſius reſpuit gratiam, & Spiritum extinguit.

M. Verùm, qualis ex Sacramentis fiducia ad ſtabiliendas conſcientias, & quã certa ſecuritas cõcipi poteſt, quibus vtũtur promiſcuè boni & mali?

P. Quanquam oblata ſibi in Sacramentis Dei bona, in nihilum (vt ita dicam) redigunt impii, quantum ad ipſos ſpectat, non tamẽ propterea efficiunt quin ſua vis & natura ſacramentis maneat.

M. Quo igitur modo & quãdo vſum Sacramentorum ſequitur effectus?

P. Quum ea fide recipimus, Chriſtum in illis ſolum eiúſque gratiam quærentes.

M. Cur illic quærendum eſſe Chriſtum dicis?

P. Intelligo non eſſe viſibilibus ſignis inhærendum, vt ſalutem inde

petamus, & aliquã gratiæ virtutem imaginemur eis inclusam: quin potius adminiculi loco habendum esse signũ quo rectà ad Christum diriga mur, salutẽ ab ipso & solidam fœlici tatem petituri.

M. Quum ad eorum vsum requiratur fides, quî nobis in fidei confirmationem data esse dicis, vt nos de promissionibus Dei reddant certiores?

P. Fidem in nobis semel inchoatam esse nequaquam sufficit, nisi continenter alatur, & magis in dies magísque augescat. Ad eam ergo tum alendam, tum roborãdam, tum prouehendam, Sacramẽta instituit Dominus. Quod quidem significat Paulus, quum ad obsignandas Dei promissiones valere tradit. om. 4. b.

M. Verùm, nónne hoc infidelitatis indicium est, non habere Dei promissionibus solidam fidem, nisi aliunde nobis confirmentur?

P. Fidei certè imbecillitatem hoc arguit, qua filii etiam Dei laborant:

ἡμῖν, οὐδὲ νομίζειν ἵνα χάεπος δόπειραν δλώαμιν ἐκείνῳ τῷ ϛ πφυκέναι· ἀλλὰ ζύ-ναπίον οἶεδ ὅπ τὸ σημεῖον ὑφηγεῖπαι ἡμῖν πλὼ τῷ ϛ Χεισὸν ὁδὸν, ἐν αὐπῷ σωπη-είαν ὁλόκληρον καὶ πᾶν ἀγαθὸν ζηπήσοισ.

Δ. Δέον ἡμᾶς ζαῦπα τὰ μωσήεια μεπὰ πί-σεως τῷ σδεχεδαι, ἵνα λόγον ἔχῃ τὸ εἰ-πεῖν ὅπ τῷ βεβαίωσιν πῆς πίσεως ἡμῖν δίδοπαι, ἥπισ ἵνα σερροπέρους ἡμᾶς τῷ ϛ πλὼ ἐπαγγελιῶν ἐλπίδα ἀποδείξῃ;

Μ. Οὐκ ἀρκεῖ τὸ πλὼ πίσιν ἐν ἡμῖν ἅπαξ ἀρχῶ εἰληφέναι, ἀλλ' αὐπῶ βέφεδ δεῖ καὶ αὐξάνεδαι ἐν ἡμῖν. τῷ πλὼ δηλο-ζθφῶ οὖν αὐπῆς καὶ αὔξησιν ὁ Θεὸς πὰ μωσήεια εἰσήγαγεν ἡμῖν. ὃ δηλοῖ καὶ ὁ Παῦ λος, ἐν οἷς λέγῃ ὅπ δι' αὐπῆς αἱ πῦ Θεοῦ ἐποχέσης ζαῖς ἡμεπέραις καρδίαις ὀπ-σφεραίζονπαι.

Δ. Ἆρ' οὐχὶ ζῦπο ϛ ἀπισίαν ἡμῶν καπηγο-ρεῖ, πὸ μὴ παντελῶς πισεύειν καὶ πεποιθέναι ϛ πῦ Θεῦ ἐπαγγελίαις, ἐὰν μή ἵνα τῷ πλὼ ὀπικύρωσιν αὐπῆ τῷ σδλάβωμεν;

Μ. Τοῦπο ἄρα ϛ πῆς πίσεως ἀδένειαν πα-ειχε· ὢ νόσον νοσοῦσι μὲν καὶ οἱ πῦ Θεοῦ

ιοί, οὐδὲν δὲ ἧττον πιστοὶ διατελοῦσιν ὄντες· ἀλλ' οὐ τελείως. ἕως γὰρ πύτῳ τῷ κόσμῳ ἐνδιατρίβομεν, ἀτέλεια λείψανα ἀπιστίας τῇ ἡμετέρᾳ σφραγῖδι ἐναπομένει· ἄφρ οὐκ ἄλλως ἐποπτεύειν δυνάμεθα ἢ τῷ σωματικῶς διὰ παντὸς ἐν βίῳ θεωρεῖν. εἰκὸς οὖν ὀπίσσω δεῖ τὴν ἡμέραν πίστιν λαμβάνειν καθ' ἑκάστην.

Δ. Πόσα μυστήρια ἡ τῆς Χριστιανῶν ἐκκλησία ἔχει;

Μ. Δύο μόνον, πᾶσι τοῖς πιστοῖς κοινὰ ὄντα, καὶ τὴν τῶ Ἰησοῦ Χριστοῦ διάταξιν.

Δ. Τὰ ποῖα;

Μ. Τὸ βάπτισμα καὶ τὸ Κυριακὸν δεῖπνον.

Δ. Τί ὅμοιον ἢ διάφορον ἀλλήλοις ἔχει;

Μ. Διὰ τὸ βαπτισμοῦ οἱονεὶ εἰσερχόμεθα εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν. μερὶς γὰρ ἡμῖν ὅτι ὁ Θεὸς ἡμᾶς, τοὺς ἄλλως ξένους ὑπάρχοντας, μετὰ τῶν οἰκείων τάττειν ἀξιοῖ. τὸ δὲ Κυριακὸν δεῖπνον τεκμήριον ἡμῖν ὅτι τὸν Θεὸν ταῖς ἡμεραις ψυχαῖς τὰ πρὸς σωτηρίαν παρέχειν, καὶ ἐν τούτῳ πατρικῶς ἡμῖν προσφέρεσθαι.

Δ. Ἵνα δὲ σαφέστερα ἡμῖν τὰ ἀμφότερα

qui tamen fideles propterea esse non desinunt, licet fide præditi sint exigua adhuc & imperfecta. Quandiu enim versamur in hoc mundo, hærent semper in carne nostra diffidentiæ reliquiæ, quas aliter excutere nō possumus quàm continuo vsque ad vitæ finem profectu. Vlterius ergo semper progredi necesse est.

M. Quot sunt Christianæ Ecclesiæ Sacramenta?

P. Duo sunt omnino, quorum communis sit inter omnes fideles vsus.

M. Quæ sunt illa?

P. Baptismus, & sacra Cœna.

M. Quid verò simile inter se habent, vel diuersum?

P. Baptismus veluti quidam in Ecclesiam aditus nobis est. Illic enim testimonium habemus, nos, quum alioqui extranei alienique simus, in Dei familiam recipi, vt inter eius domesticos censeamur. Cœna verò testatur Deum se nobis, animas nostras alendo, patrem exhibere.

M. Quo clarius nobis innotescat v-

triusque veritas, de vtroque seorsum tractemus. Primùm, Quæ est Baptismi significatio?

Ephes.5.f Rom.6.a. P. Ea duas habet partes. Nam ibi "remissio peccatorum, deinde "spiritualis regeneratio figuratur.

M. Quid similitudinis inest aquæ cũ his rebus, vt eas repræsentet?

P. Peccatorum quidem remissio species est lauacri, quo animæ suis maculis absterguntur, non secus atque aqua abluuntur corporis sordes.

M. Quid de regeneratione?

P. Quoniam eius initium est, naturæ nostræ mortificatio, finis verò, vt nouæ creaturæ simus: in eo nobis proponitur mortis figura, quòd capiti aqua inicitur: nouæ autem vitæ, in eo quòd non manemus sub aqua demersi, sed ad momẽtum duntaxat subimus, tanquam in sepulcrum, vt statim emergamus.

M. Num aquam esse animæ

χύηται, ἑκάτερον ἰδίᾳ λόγῳ διεξίωμεν καὶ πρῶτον μὲν εἰπὲ πῶ ὁ βαπτισμὸς ἡμῖν σύμβολοῖ.

Μ. Δύο ἡμῖν παρίστησι, τό τε ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν δηλοῦν, καὶ τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν.

Δ. Τί δ' ἀνάλογον ἔχει τὸ ὕδωρ, ὥστε σύμβολον τούτων εἶναι δύνασθαι;

Μ. Ὅτι μὲν ἀφέσεις ἔοικέ πως λύτρῳ, δι' οὗ τὰ ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς μολύσματα ἀπορρύπτεται, ὡς σαφῶς τὸν τοῦ σώματος ῥύπον δι' ὕδατος ἀποπλύνθα.

Δ. Τὴν δ' ἀναγέννησιν ἡμῖν πῶς τὸ ὕδωρ αἰνίττεται;

Μ. Ἐπειδὴ ἀρχὴ μὲν αὐτῆς ἔδοξε τὸν τῶν ἡμετέραν φύσιν νεκρωθῆναι, τέλος δὲ, τὸ καινὰς κτίσεις ἡμᾶς γίνεσθαι· τὸ ἐπιχεόμενον τῇ ἡμετέρᾳ κεφαλῇ ὕδωρ σύμβολον θανάτου ἐστὶν· ἀλλ' ἅμα καὶ τὴν ἡμῖν ἀναβίωσιν σημαίνοι, παρόσον οὐχ ὑποδρύμοι τῷ ὕδατι διατελοῦμεν ὄντες, ἀλλὰ μόνον ὅσον ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου οἱονεὶ εἰς ἄναφον καταδύομεν, ἵνα ἀμέσως ἀναδύωμεν αὐτοῦ.

Δ. Μῶν οἴει τοῦτο τὸ ὕδωρ τῆς ἡμετέρας

ψυχῆς καθαρμὸν εἴη;

Μ. Οὔμφωμι. Οὕτω γὰρ τὴν ἡμιν τῷ τοῦ Χριστοῦ αἵματι ἀφαιρεῖν ἡ θέμις, ὅθεν ἔλεγε χάριν ἵνα πάσας τὰς κηλῖδας ἡμῶν ἀπορρύψαν, καθαρούς τε καὶ ἀχράντους τῷ Θεῷ παρασκευάσῃ. καὶ οὕτω μὲν ὁ καθαρμὸς ἀπονάμβα ὅπερ τὸ ἅγιον πνεῦμα οὕτῳ τῷ αἵματι τὰς ἡμετέρας συνειδήσεις ῥαντίζει· τὴν δὲ ὅπερ σφεάζιον ἐν οὕτῳ τῷ μυστικῷ βαπτισμῷ ἔχομεν.

Δ. Πότερον δὲ αὐτὸ τὸ ὕδωρ οὐδὲν ἄλλο οἴει εἶναι ἢ ἀπορρύψεως τύπον;

Μ. Τύπος μὲν ὄντιν, ἀλλὰ παρεζευγμένον ἔχων τὴν ἀλήθειαν. ἐπεὶ γὰρ ὄντιν ὁ Θεὸς οἷος ψεύδεσθαί τι ὧν ἐπαγγέλλεται ἡμῖν δώρων. διὸ δὲ ἡμᾶς πληροφορηθῆναι δεῖ ὅτι ἡ τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις καὶ βίου ἀνακαίνωσις διὰ τοῦ βαπτισμοῦ παρέρεται ἡμῖν, καὶ ἡμεῖς αὐτὸν ἀπολαμβάνομεν.

Δ. Ἆρά γε ἐν πᾶσιν ἀδιαφόρως ἢ χάρις αὕτη ἐπιπλέει;

Μ. Οὐ δῆτα. πολλοὶ γὰρ διὰ τῆς ἰδίας κακίας αὐτῇ εἰσόδου ἀποκλείοντες, κενὸν ἑαυτοῖς καὶ ἀνένητον αὐτὸν καθίσασιν. οὐδὲν γὰρ

lauacrum censes?

P. Nequaquam. Hunc enim honorem eripere "Christi sanguini nefas est, qui ideo effusus fuit, vt abstersis omnibus nostris maculis, puros coram Deo & impollutos nos redderet. Atque huius quidem purgationis fructum percipimus, quum sacro illo sanguine conscientias nostras Spiritus sanctus aspergit: obsignationem verò in Sacramento habemus. 1.Pet.1.d. 1.ioan.1.c.

M. Verùm, annon aliud aquæ tribuis nisi vt ablutionis tantùm sit figura?

P. Sic figuram esse sentio vt simul annexa sit veritas. Neque enim, sua nobis dona pollicendo, nos Deus frustratur. Proinde & peccatorum veniam & vitæ nouitatẽ offerri nobis in Baptismo, & recipi à nobis certum est.

M. An promiscuè in omnibus effectum suum habet hæc gratia?

P. Imò multi, dum illi in sua prauitate viam præcludunt, efficiunt vt sibi sit inanis. Ita nonnisi ad fideles solos peruenit fructus. Verùm inde ni-

hil Sacramenti naturæ decedit.

M. Regeneratio autem vnde?

ΠΑντοκράτωρ Θεὸς, πάτερ οὐράνιε, ὀπτανώσκομεν καὶ ἀπαλλοτριούντες ὁμολογοῦμεν ὅτι ταῖς ὀφθαλμοῖς εἰς τὸν οὐρανὸν ἄρειν, πρὸς τὸ παρεῖσθαί σοι, ἀνάξιοι ἐσμὲν, καὶ ὅτι οὐχ οὕτω μέγα φρονεῖν ἡμᾶς πρόσηκεν ὥστε θαρρεῖν περὶ ὧν τὰς ἡμετέρας ἀρχὰς πρὸς σοῦ εἰσακουσθῆναι, ἐάν γε πρὸς τὰ παρ' ἡμῶν σεαυτῷ προσφερόμενα ἀποβλέπῃς. αἱ γὰρ ἡμέτεραι συνειδήσεις κατηγοροῦσιν ἡμῶν, καὶ αἱ ἴδιαι ἁμαρτίαι καταμαρτυροῦσιν ἡμῶν. πρὸ δὲ σοῦ δικαιοκρισίαν γινώσκομεν οἵαν οὐ τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀνοσίοις δικαιοῖς, ἀλλὰ τοῖς πρεσβεύοντας τὰς σὰς ἐντολὰς κολάζειν. Διὸ καὶ, ὦ Κύριε, τὰ βεβιωμένα ἡμῖν ἀναλογιζόμενοι, ἐπ' ἀκμῆς καταδυόμεθα, καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀπαγορεύειν δυνάμεθα, ὡς πρὸ ἤδη τῷ τοῦ θανάτου ὀπικλυζόμενοι βυθῷ. Ομως

uindictam exercere : postquam is-tem ad se conuertendum & ad vitã in melius mutandam, simul verò ad orandum Deũ pro impetranda venia, hortatus est, vtitur ea quæ sequitur formula.

DEus omnipotens, Pater cœlestis, agnoscimus & ingenuè profitemur, quod & verũ est, indignos esse nos qui in cœlum oculos attollamus, vt coram te nos sistamus : nec tantum debere nobis arrogare vt exauditum à te iri preces nostras speremus, si eorum quæ tibi afferimus, rationem habeas. A propriis enim accusamur conscientiis, nostrâque peccata aduersum nos testimonium ferunt. te verò iustũ esse iudicẽ nouimus, qui peccatores & nequam homines non iustifices, sed in eos animaduertas qui tua mandata violauerint. Hinc fit, Domine, vt dum totius vitæ nostræ statum reputamus, nostri nosmet pudeat, nec aliud quam animum despondere possimus, perinde acsi iã in abyssum mortis demergeremur. Verumtamen,

Domine, quum pro tua immensa misericordia dignatus sis nobis imperare vt te inuocemus, idque vel ex intimis inferis: & quo magis viribus destitui nos videmus, tanto magis ad tuam summam bonitatem confugiamus: quum præterea pollicitus sis nobis te precibus nostris fore exorabilem, in nomine Domini nostri Iesu Christi, (quem nobis aduocatum & intercessorem constituisti) eiúsq; merito: non autem spectãtem quid meriti simus: ecce, omni humanæ fiduciæ renuntiantes, tuáque sola bonitate freti, in cõspectum tuũ prodire tuúmq; sanctum nomẽ ad obtinendam misericordiam inuocare non dubitamus.

Primùm Domine, præter infinita beneficia, quæ assiduè in reliquos quoque homines quotquot terra sustinet confers, peculiariter etiam nobis tot gratiæ tuæ dona impertiuisti vt ea recensere nequeamus, imò verò ne mẽte quidem satis cõplecti possimus. Hoc verò singulare, quòd ad notitiam sancti tui Euangelii vo-

ὦ ὦ Κύριε, ἐπειδὴ, ἄτε ῥεῦμα καθ' ὑπερβολὴν ὑπάρχων, πρὸς τάττειν ἡμῖν ἀξίας μονονοὺ κεκραγότων ὅπως καλέσαθαί σε, καὶ ὅσῳ μᾶλλον τοῦτο ἐφ' ἑαυτῆς ἐξαθυνόμην, τοσούτῳ μᾶλλον πρὸς τὴν ἀγαθότητα καταφεύγων· ἔτι δὲ ἐπειδὴ τῇ ἡμετέραις δεήσεσι καὶ ἱκετείαις αἰσχυνθήσεσθαι ἐοίκαμεν, ἐν ὀνόματι καὶ διὰ τὴν ἀξίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃν σὺ ἡμῖν σωτήριον καὶ μεσίτην κατέστησας· ἀλλὰ δὲ ἕνος ἐσμὲν ἄξιοι λογιζόμενοι· ἰδοὺ, πᾶν τὸ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων θάρσος χαίρειν ἐῶντες καὶ μόνῃ τῇ σῇ ἀγαθότητι πίσυνοι, εἰς σὴν ὄψιν ἔρχεσθαι, καὶ τὸ σὸν ἅγιον ὄνομα, πρὸς τὸ ἐλέους τυχεῖν, ὅπως καλέσασθαί σε οἰκτοῦμεν.

Πρῶτον μὲν οὖν, ὦ Κύριε, πρὸς τὰς ἀνάγκας ἀπείρους ἀνεχείας, ἃς σὺ καὶ τοῖς λοιποῖς τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς ἀνθρώποις ἀνεκλείπτως διαπελεῖς, ἔτι καὶ ἰδίᾳ ἡμᾶς τοῖς σοῖς χαρίσμασιν ὅτως ἐπλούτησας ὥστε αὐτὰ οὐχ οἷόν τε εἶναι διηγήσασθαι, ἀλλ' οὐδὲ ἱκανῶς αἰσθέσθαι. Μέγιστον δὲ πάντων, ὅτι πρὸς γνῶσιν τοῦ σοῦ ἁγίου εὐαγγελίου κα-

λεῖν ἡμᾶς ἠξίωσας, τ' οἰκεῖον τῆς δουλείας ζυγὸν, ἧπερ ὁ διάβολος ἡμᾶς κατέτρυχεν, ἀφ' ἡμῶν ἀπορρίψας, τῆς τε ἐξαγίστου εἰδωλολατρείας, καὶ κενῆς ἐθελοθρησκείας, ἐν ᾗ ἐνεκυλινδούμεθα, ἀπαλλάξας, πρὸς τὸ τῆς σῆς ἀληθείας φέγγος ἐκβεβήκασας. Ἀλλ' ὅμως, ὑπὸ τ' ἄγαν ἡμῶν ἀχαριστίας καὶ ἀγνωμοσύνης, ὑπλαδόμενοι ὧν ἡμῖν ἡ σὴ χὶρ ἐχορήγησεν ἀγαθῶν, τῆς ἀληθείας ὁδοῦ ἀπετραπόμεθα, καὶ ἀπὸ ζοῦ πρὸς τὰς ἡμετέρας ὑπεθυμίας ὑπεμολήσαμεν. ἔπ ᾧ καὶ τὰ ἱερά σου λόγια τῆς ὀφειλομένης παρ' ἡμῶν ἡμῖν καὶ ἀπειθείας ἀπεστερήσαμεν, οὐδὲ τὸ σὸν ὄνομα τῇ πρεπούσῃ δοξολογίᾳ ἐτιμήσαμεν. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν σῶν πιστῶν νουθετημάτων ζῆς ἀσὶν ἡμετέροις ἑκάστοτε ἐνηχούτων, τὰς σὰς οὐκ ἐνωτισάμεθα παραινέσεις. Ἡμάρτομεν οὖν Κύριε, καὶ πρεσβεύσαμεν σοί· διὸ καὶ αἰσχύνης ἐμπιπλάμεθα, ἅτε δὴ συνειδότες ἑαυτοῖς δεινὰ πρὸς σοὶ κειτῇ πλημμελημάτων ἁλισκόμενοι· ὥστε ἡμᾶς, ἐάν γε ἐκάστῳ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀντιμετρῆσαι ἐθέλῃς, οὐκ ἄλλο ἢ

care nos dignatus sis, miserabile quo nos Diabolus premebat seruitutis iugum excutiens, & ab execranda idololatria vanisque superstitionibus quibus immersi eramus, liberatos ad lumen veritatis tuæ adduxeris. Nihilominus tamen (quæ nostra est ingratitudo) obliti bonorũ quæ manus tua nobis largita est, à recta via declinauimus, & te relicto carnis nostræ concupiscentias sequuti sumus. Quinetiam sanctum tuum verbum debita reuerentia atque obediẽtia fraudauimus, nec tuum nomen quibus decebat præconiis prosequuti sumus. Et quanuis assiduè fidelibus verbi tui admonitionibus aures nostræ personuerint, eas tamen negleximus. Peccauimus itaque Domine, téque offendimus: ideóque pudore suffundimur, nos grauium scelerum apud tuum iudicium reos esse agnoscentes: adeo vt si dignas nobis pœnas infligere velis, aliud quàm

mortem & damnationem expectare nequeamus. Nam si nos excusare velimus, at nostræ ipsorum conscientiæ nos accusant, nostráque nequitia tuis oculis ad nos condemnandos patet. Ac profectò re ipsa, Domine, ex castigationibus quas iã nobis immisisti, te iustissimis de causis aduersus nos excanduisse cognoscimus. Quum enim æquus sis iudex, tuos non immerentes affligis. Tuis igitur verberib⁹ cæsi tuã aduersus nosipsos iram prouocasse agnoscimus. Sed & nunc manum tuam ad nos puniendos extentam videmus. Gladii enim quibus ad exigendam vltionem vti soles, stricti nunc sunt: & ea quæ peccatoribus sceleratisque hominibus minitari consueuisti, parata esse cernimus.

Quanuis autem multo etiam grauiores quam antea de nobis pœnas sumeres, atque adeo plagas centuplo plures infligeres, & modonon horrendæ illæ clades quibus olim peccata populi tui Israelitici castigasti, nobis ingruerent, nos illis dignos esse, ac sceleribus nostris

παιωλεθρίαν καὶ κατάκλισιν ἀσεβῶν δικάζειν. Ἐὰν γὰρ σὲ ἀπολογίαν τραπώμεθα, αὐτὰ αἱ συνειδήσεις κατηγορῶσιν ἡμῶν, καὶ ἡ ἡμετέρα ἀδικία σοὶ παρέστηκεν ὄψει, ἐφ' ᾧ κατεδικάσαμεν ἡμᾶς. Ἤδη γὰρ καὶ ἐξ ὧν ἡμῖν ἐπήνεγκας κολασμάτων καταμανθάνομεν, Κύριε, ὅτι εἰκότως ἐθυμώθης ἡμῖν. ἐπειδὴ γὰρ δίκαιος εἶ κριτής, οὐχὶ τοῖς σοῖς συμφοραῖς ἀναξίους ὄντας ἐβαλλες. Μαστιγωθέντες οὖν ὑπὸ σοῦ, τὰς ἡμετέρων ἁμαρτίας, δι' ὧν ἐξωργίσαμέν σε, ὑπομιμνησκόμεθα. Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ καὶ νῦν τοῦτο σὴν χεῖρα ὑπὲρ τοῦ κολάζειν ἡμᾶς ἐπανατείνομένην ὁρῶμεν. Τὰ μὲν γὰρ ξίφη οἷς ὑμνοῖς χεῖσθαι ἐώσας, ἔπασας, καὶ τὰ ὑπὸ σοῦ τοῖς ἁμαρτωλοῖς καὶ ἀνοσίοις ἀπειλούμενα παρεσκεύασας.

Κἂν δὲ χαλεπωτέρας καὶ πικροτέρας ἢ σεσθε ὑπὲρ ἡμῶν ὑμῶν ἐκατονταπλασίονας ὑπὲρ βάλλῃς πληγάς, κἂν μονονουχὶ αἱ δεινόταται συμφοραὶ, αἷς τὸ Ἰσραὴλ λιπὼν σου λαὸν ἐσωφρόνισας ποτε, ὑπὲρ σκήπτωσιν ἡμῖν· οὐ γὰρ ἔξαρνοι γενώμεθα τὰ μὴ δίκαια καὶ τῶν ἡμετέρων πλημμελη

μάτων ἄξια πάσχειν. Ἀλλὰ σύ, ὦ Κύριε, πατὴρ ἡμῶν τυγχάνεις ὤν, ἡμεῖς δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ γῆ καὶ πηλός· σὺ ὁ δημιουργὸς ἡμῶν, ἡμεῖς τὰ σῶν χειρῶν δημιουργήματα· σὺ ὁ ἡμέτερος εἶς ποιμήν, ἡμεῖς δὲ τὸ σὸν ποίμνιον ὑπάρχομεν· σὺ ὁ ἡμέτερος λυτρωτής, ἡμεῖς ὁ διὰ σοῦ λελυτρωμένος ἐσμὲν λαός· ἡμέτερος Θεὸς εἶς, ἡμεῖς ἡ κληρονομία σου. Μὴ οὖν οὕτως ὀργίζου ἡμῖν ὥστε καὶ φλεγμαίνοντα θυμὸν κολάζειν μὴ τῆς ἡμετέρας ἀδικίας ἀναμνήσθητι, ἐφ' ᾧ δίκας αὐτῆς εἰσπράξασθαι, ἀλλ' ὡς πρᾶος καὶ πολυσπλαγχνὸς ὑπάρχεις, οὕτω καὶ πρᾴως ἡμῖν ἐν τῇ κολάσει προσφέρου. Ἡμῶν γὰρ ὀργὴ δίκαι τὰ ἡμέτερα πλημμελήματα κατ' ἡμῶν ἐξεκάυθη· ἀλλὰ μέμνησο τὸ σὸν ὄνομα ἐπιφημίζεσθαι ἡμῖν, καὶ τὸ σὸν φορεῖσθαι ὑφ' ἡμῶν σώμα. μᾶλλον οὖν τὸ ἔργον, οὗ πάλαι ἠρξω διὰ τῆς σῆς χάριτος ἡμῖν ἐγκατασκεύασον, δίδασκε· ἵνα ὅλη ἡ οἰκουμένη σὲ τὸν ἡμέτερον Θεὸν καὶ σωτῆρα γινώσκῃ ὅτι σύ. Οἶδας ἄρα τοῦτο, ὅτι οἱ ἐν ἅδου νεκροὶ, καὶ πάντες ὅσοις ἂν ἐξο-

promeruiſſe confitemur. Sed enim, Domine, tu pater es noſter, nos aliud nihil quàm terra & lutum: tu creator es noſter, nos tuarum manuũ opera: tu nobis paſtor es, nos tibi ouile ſumus: tu noſter es redemptor, nos populus abs te redemptus: noſter es Deus, nos hæreditas tua. Ideo ne ita iraſcaris nobis vt in furore tuo nos caſtiges: ne recorderis nequitiæ noſtræ ad eam puniendam, ſed pro tua clementia nos leniter caſtiga. Accenſa quidem eſt aduerſus nos ira tua, propter peccata quæ commiſimus: ſed nomen tuum inuocari ſuper nos, tuámque nos teſſeram geſtare memineris. Conſerua potius opus quod gratia tua in nobis inchoaſti, vt te noſtrum eſſe Deum & ſeruatorem totus orbis agnoſcat. Hoc certè noſti, mortuos qui apud inferos ſunt, & quos

perdideris ac funditus profligaueris, te nequaquam esse laudaturos, sed tristes & omni consolatione destitutas animas, corda contrita, conscientias sensu culpæ suæ oppressas, tuæque gratiæ fauorem sitientes, gloria & honore te affecturas. Tuus Israeliticus populus flagitiis tuam sæpe iram prouocauit, tuq; eum, iusto tuo iudicio, afflixisti: verùm quoties ad te conuersus est, semper illi ad tuam clementiam aditus patuit: & quantumuis grauia essent eius scelera, tamen propter fœdus quod cum seruis tuis, Abrahamo, Isaaco, & Iacobo, inieras, flagella tua & clades quæ illis imminebant auertisti: adeo vt nunquam preces eorum repulsam apud te passæ sint. Atqui nos præstantiore fœdere dignatus es, quo apud te niti possumus: eo nimirum quod pepigisti in Iesu Christi Seruatoris nostri dextera, quódque sanguine eius scribi, & eiusdem morte obsignari volui-

λοθρεύσης καὶ ἄδλως ἀνέλης, οὔ σε δοξάσουσιν, ἀλλ' αἱ κατηφεῖς καὶ ἀπαραμυθήτως οἰμώζουσαι ψυχαί, αἱ σωπεπεμμέναι καρδίαι, αἱ τῇ τῆς ἁμαρτίας αἰσθήσει πεζόμεναι συνειδήσεις, καὶ τὸ σὸν χάος ἐνδυόμεναι, δόξαν σοι καὶ αἶνον ἀποδώσουσιν. Ὁ σὸς Ἰσραηλιτικὸς λαὸς διὰ τῆς ἰδίας πονηρίας παρώργισέ σε πολλάκις, σὺ δὲ, ἅτε δίκαιος ὢν κριτὴς, θλίψεις αὐτῷ ἐμφόρους ἐπέβαλες· ἀλλ' ὅμως ὁσάκις μετανοήσας ἐπέστρεψε πρός σε, τοσάκις τὸν σὸν ἔτυχεν οἰκτιρμῶν, καίτοι γε παράδεινα εἰργασμένου, διὰ τοὺ σοῦ μετὰ τῶν σῶν ἱερέων, τὸ Ἀβραάμ, τὸν Ἰσαάκ, καὶ τὸ Ἰακώβ, πεποιημένας συνθήκας, τὰς ὑπισχνημένας αὐτοῖς μάστιγας καὶ συμφορὰς ἀπέστρεψας, ὥστε σε τὰς αὐτῶν οὐδέποτε ἀπώσασθαι βουλάς. Ἡμεῖς δὲ ἐκ τῆς σῆς χάριτος πολὺ κρείττονας ἐλάβομεν συνθήκας, αἷς καθ' ἑκάστην ἐνδιατρίβειν δυνάμεθα· ἐκείνας δηλαδὴ τὰς ἐν τῷ τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ σωτήριος ἡμῶν δεξιᾷ δεδομένας, ἃς τῷ αἵματι αὐτοῦ γράφεσθαι καὶ τῷ θανάτῳ αὐτοῦ ὑποφεσπίζεσθαι ἠθέλη-

σας. Τοιγαροῦν, Κύριε, ἀπαπόμβοι ἐσμεν πῖς, καὶ εἰς ἀνθρώπινον οὐδὲν τὰς ἐλπίδας αἰωρτημένοι, πρὸς ταύτας τὰς ἀδαμαντικὰς σωτηρίας καταφεύγομεν, δι' ὧν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς τὸ ἴδιον σῶμα σοὶ προσενέγκας, ἅμα καὶ σὲ ἡμᾶς κατήλλαξε. Ἀπόβλεπε οὖν Κύριε εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ, οὐκ εἰς τὸ ἡμέτερον πρόσωπον, ἵνα διὰ τῆς αὐτοῦ ἐντεύξεως ἡ ὀργή σου καταπαυθῇ, καὶ ἡ σὴ ὄψις ἡμῖν ἐπιλάμψῃ, εὐφροσύνην καὶ σωτηρίαν φέρουσα. Ἔτι δὲ ἡμᾶς τὸ ἀπὸ τοῦδε τῷ σῷ ἁγίῳ Πνεύματι κυβερνῆσαι ἀξίωσον, ὅπως ἡμᾶς εἰς κρείττονα ζωὴν ἀναγάγῃ· δι' ἧς

» Τὸ σὸν ὄνομα ἁγιασθήτω· ἐλθέτω ἡ βα-
» σιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν
» οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἄρτον ἡμῶν
» τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄ-
» φες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡ-
» μεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν. καὶ
» μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ
» ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ
» βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς
» αἰῶνας. Ἀμήν.

sti. Quapropter, Domine, nobis ipsis renuntiantes, omnique alia spe valere iussa, ad faustum hoc fœdus confugimus, quo Dominus noster Iesus Christus corpus suum tibi in sacrificium offerens, nos tibi reconciliauit. Intuere igitur Domine in Christi tui faciem, non in nostram, vt eius interceſſione ira tua placetur, faciésque tua super nos ad gaudium & salutem refulgeat: ac nos posthac tuo Spiritu sancto regendos & gubernandos suscipias, qui nos in meliorem vitam regeneret, per quam

Nomen tuum sanctificetur, veniat regnũ tuum: fiat voluntas tua, quemadmodum in cælo, sic etiam in terra. Panẽ nostrum quotidianum da nobis hodie: & remitte nobis peccata nostra. etenim ipsi remittimus omnibus qui debent nobis. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula. Amen.

Quanuis autem indigni ſimus qui pro nobiſmetipſis os aperiam⁹, & te in rebus aduerſis inuocemus, quum tamen mandaueris vt alii pro aliis precaremur, nos pro omnibus fratribus, eiuſdem corporis membris, quos nunc tuis flagellis caſtigas, preces tibi fundimus, & vt irā tuā ab illis auertas obſecramus: nominatim verò pro N. & N. Memineris Domine, eos quoque filios tuos eſſe, ſicut & nos: atque ideo, quanuis te offenderint, ne tamen bonitatis tuæ & miſericordiæ erga eos curſū interrumpas, quam perpetuam erga tuos omnes fideles fore promiſiſti. Tuas igitur omnes Eccleſias oculo tuæ clementiæ intueri digneris, omnéſque populos, quos nunc aut peſte, aut bello, aut alio flagelli genere cædis, & ſingulos homines qui verbera tua ſentiunt: qui videlicet carcere cōſtricti ſunt, morbóve aut pauperie afflictantur: conſolationémque omnibus, prout illis opus ea eſſe cognoſcis, afferēs, & caſtigationes tuas ad vitæ emendationem illis vtiles reddens, patiētia eos inſtruere, ſeue-

Εἰ δὲ καὶ ἀνάξιοι ἐσμὲν ἀφ' ἑαυτῶν ἀνοῖξαι τὸ στόμα, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν παρακαλέσαθαί σε ἐν ἀπορίᾳ καθεστηκότες, ὅμως γε ἐπειδὴ ἡμᾶς ὑπὲρ ἀλλήλων προσεύχεσθαι ἐκέλευσας, ἀνάγκας σοι ὑπὲρ πάντων τῶν παλαιπώρων ἀδελφῶν ἡμῶν ποιούμεθα, τῷ τὸ αὐτὸ σώματος μελῶν ὄντων, καὶ τῷ σὴν ὀργὴν ἀπ' αὐτῶν ἀποσκέφειν ἐκλιπαροῦμεν. ἰδίᾳ δὲ ὑπὲρ τῶν δεινὰ καὶ τῶν δεινά. μέμνησο Κύριε ὅτι σάρξ τέκνα, καθάπερ καὶ ἡμεῖς. εἰ οὖν καὶ προσέκρουσάν σοι, μὴ τῷ σὴν εἰς αὐτοὺς ἀγαθότητα καὶ τὸν σὸν ἔλεον παύσῃς, ὃν εἰς πάντας τοὺς σοὺς πόθους ἀδιάλειπτον ἔσεσθαι ὑπὲρ ἔχομεν. Γάσας σίνωσι τὰς σὰς ἐκκλησίας ἐλεπτικὸν ὄμμα πρόβαλλε, καὶ παπὶ λαῷ ὃν νῦν τῇ τῶν λοιμῶν, ἢ πολέμου, ἢ λιμῷ ὁποιαδήποτε μάστιγι δαίρῃς· καὶ ἰδίᾳ δὲ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων τὰς τοῖς σοῖς πληγαῖς τυπτομένῳ, καὶ νόσῳ, ἢ δεσμῷ πεινῶντι, ἢ πενίᾳ καταπονουμένῳ· παράμυθά τε ἑκάστῳ, καθόσον σοῦ ἐνδεῆ ὄντα γινώσκεις, φέρων, καὶ ἐκ τῶν σῶν κολάσεων τὸ βίου ἐπανόρθωσιν αὐτοῖς ἐμποιῶν, ἀνεξικακίαν αὐτοῖς ἐπαίζειν, μηδὲ κατὰ τὸ ἀκρι-

ξοδίκαιον, ἀλλ' ἐπιεικέστερον αὐτοῖς προσφέρεσθαι· τέλος ἦ, αὐτὸς ἀπαλλάττων, ἱκανὴν ἀφορμὴν τὴν τῆ σῆ ἀγαθότητι ἐπαγάλλεσθαι, καὶ τὸ σὸν ὄνομα δοξάζειν, αὐτοῖς δυνῶν ἀξίωσον. Μάλιστα δὲ εἰς τ' ἀγῶνα τ' σῆς ἀληθείας ἀγωνιζομένοις ὄπτελέπειν μὴ ἀπαξιώσης, καινῆ τε ἅμα καὶ ἰδίᾳ, ὅπως χθονίου πνεύματος καὶ ἀέρινον φρόνημα ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ἐμφύῃς, ἐναφανίζῃς αὐτῶν καὶ παντοκρατὴς βοηθὴς, πάντα τὰ σκυβωρύματα καὶ πολύτροπα μηχανήματα τῶν αὐτῆς τ' καὶ τῶν ἐχθρῶν ὄντων ἀναιρέτης, τῶν τε λύσαν αὐτῶν χαλινοῖς καὶ ἀναχαίτης, ὡς τ' αὐτῆς εἰς ἀφανῶν πάσας τὰς ὑλημερὰς κατά τε σοῦ καὶ τῆ τῶν σῶν μαθητῶν ἐφόδους τελευτᾶν. Οὐδέ γε ὅλον τ' Χριστιανισμὸν ἐξαπορούμενον, τ' τῶν σοῦ ὀνόματος μνήμων ἐν τῆ γῆ παντελῶς ἀφανιζομένων, ἐκείνους ἐφ' ὧν τὸ σὸν ὄνομα ὄπτεσθαι ἔλασας, δεινὸν ὄλεθρον πάσχοντας ὠφελόες. ἵνα μὴ οἱ Τοῦρκοι, οἱ ἐθνικοὶ, οἱ βάρβαροι, οἱ τὰ τῶν πάππα φρονοῦντες, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῆς Χριστιανικῆς πίστεως ἀλλότριοι εἰσὶ, τῷ σῷ ὀνόματι ἀχρὶ καὶ

ritatíque tuæ moderari, ac tandem eos liberando, plenam illis materiam exultandi in tua bonitate, sanctúmque tuum nomen benedicendi præbere digneris. Præcipuè verò in eos qui pro tua veritate decertant, oculos conuertere velis & publicè & priuatim, vt inuicta eos constantia robores, tuteris eos, & vbique opituleris, omnes hostium illorum tuorúmque technas & machinas irritas reddens, furorem eorum refrænans, omnes eorum conatus ignominiæ damnans. Neque Christianissimum omnino deploratum esse permittas, ne memoriam nominis tui in terris penitus aboleri sinas: ne eos super quos nomen tuum inuocari permisisti, luctuoso interitu obrui patiaris: ne Turcæ, Ethnici, Barbari, Papistæ, aliique infideles nomini tuo cum

blaſphemiis inſultent.

Tibi igitur preces fundimus, Pater cœleſtis, pro omnibus principibus & magiſtratibus quorum miniſterio ad nos gubernandos vteris. Potiſſimum verò pro huius vrbis præfectis: vt Spiritum tuum, qui
Pſal.51.c. ſolus bonus eſt & verè "principalis, impertiri illis atque in dies augere digneris: adeo vt Ieſum Chriſtum, Filium tuum, Dominum noſtrum,
1.Tim.6.c apoc.17.d & 19.c. "dominatorẽ dominatorum regémque regum eſſe certò perſuaſum habentes, quemadmodum tu illum
Mat. 28.d "omni poteſtate in cœlo & in terra donauiſti, ita & ipſi in ſuo principatu cultum illius & regni eius amplificationem ſibi ante omnia proponant, ſuos ſubditos (qui ſunt manuum tuarum opificia, & paſcuorum tuorum oues) pro tuo arbitrio gubernantes: vt & hîc & in alia quauis orbis terrarum parte, pace ſtabili fruentes, te cum omni ſanctimonia & puritate colamus:
Luc.1.g. "metúque hoſtium noſtrorum libe-

βλασφημίαν προβαίνοντες ἐντρυφῶσι.

Ικέτιδες δέ σε, Πάτερ ἐπουράνιε, καὶ ὑπὲρ πάντων ἀρχόντων καὶ προστατῶν, οἷς σὺ τὴν ἡμῶν κυβέρνησιν χεῖρι ὑπηρέταις· μάλιστα δὲ ὑπὲρ τῶν ταύτης τῆς πόλεως προστασίαν παρειληφότων· ἵνα τὸ σὸν πνεῦμα, ὃ μόνον ἀγαθὸν καὶ ἀληθῶς ἡγεμονικόν ἐστι, μεταδοῦναι αὐτοῖς καθ' ἑκάστην αὔξην ἀξιώσῃς· ὅπως πεποιθότες ὅτι σὸς μὲν υἱὸς Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Κύριος ἡμῶν ἀρχόντων ἄρχει καὶ βασιλέων βασιλεύει, καθάπερ σὺ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῇ αὐτοῦ ἐξουσίᾳ ὑποχείρια κατέστησας, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ αὐτοὶ τὸ θεραπεύειν αὐτὸν καὶ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐν τῇ αὐτῶν ὑπηκοΐᾳ αὔξειν, διὰ σοῦ δῆς, ὡς ὑδὲν ἄλλο, ἔχωσι, τοὺς ὑποκειμένους, (οἱ τῶν σῶν χειρῶν δημιουργήματα καὶ τῆς σῆς νομῆς πρόβατα εἰσὶν) ἀρεσκόντως σοι διοικοῦντες· ἐφ' ᾧ ἡμᾶς ὄφελος ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλῃ ὁπηδήποτε τῆς οἰκουμένης, εἰρηνικῶς διάγοντας, ἁγνῶς καὶ ὁσίως σοὶ λατρεύειν, καὶ τὸ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων ἐχθρῶν φόβου ἀπηλλαγμένους,

ἀφορμὴν τῷ πᾶς σῆς δόξης ὑπφημισμάτων πάντα τὸν βίον διατελεῖν ἔχοντας.

Επειτα ὃ διὰ τῶν ἡμετέρων στόματων ζυνιστάμβί σοι, ὦ ἀληθινὲ πάτερ καὶ σῶτερ, πάντας οὓς ποιμνίας τοῖς σοῖς πιστοῖς κατέστησας, καὶ ὧν ὑπμνήσεις ταῖς ψυχαῖς ἐνεχείρισας· σωελόντι δ' εἰπεῖν, ὅσους τ' ἱερουργοὺς ἀγγελίας διακόνους ἀπέδειξας· ἵνα διὰ τὸ ἁγίου πνεύματός σου ἡγεμονεύης αὐτῶν, ὅπως καλοὶ καὶ πιστοὶ τῆς σῆς δόξης ὑπηρέται ἀναφαίνωνται· τοῦτο ἀεὶ διατεινόμβνοι, τοῦτο ἐν πάσαις ταῖς ἑαυτῶν ὑπβολαῖς σχαζόμβνοι, πᾶν πάντα τὰ καλαίπωρα σκέλη τὰ διεσκαρμένα εἰς ἓν ἀγείρεσθαι, καὶ στὸς Ιησοῦν Χριστὸν Κύριον ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς ποιμέσι στρατεύοντα καὶ τ' ὑπσκόπων ἄρχοντα, ἐπανάγειν· ἵνα καθ' ἑκάστην ἐν αὐτῷ στὸς πᾶσαν δικαιοσύνην καὶ ἁγιωσύνην στρυκόπωσιν. Γλυκὺ ἀλλὰ καὶ ταῖς σαῖς ἐκκλησίας ἁπάσας τοῦ σώματος τῶν ἁρπακτικῶν λύκων ἐξαίρειν, καὶ πάντων τ' μιαιφόνων ἀπαλλάξαι ἀξίωσον, τ' ὑπὸ τῆς ἰδίας φιλοδοξίας καὶ φιλοκερδείας, ἀλλ' ὃ τῇ τοῦ ἱεροῦ σου ὀνόματος δοξολογίᾳ, καὶ τοῦ σοῦ ποι-

rati, materiam celebrandæ tuæ laudis toto vitæ nostræ tempore habeamus.

Deinde precibus nobis tibi commendamus, Pater verax & Seruator, omnes quotquot fidelibus tuis pastores constituisti, quorum etiam tutelæ animas commisisti: quos denique sacrosancti tui Euangelii dispēsatores esse voluisti: vt eos sancto tuo Spiritu regas, quò probi fideléſq; gloriæ tuæ ministri cōperiantur: huc studium omne cōferentes, conatusq; suos dirigentes, vt omnes miseræ oues, quæ adhuc sunt errabundæ, recolligantur, & ad Iesum Christum Dominum nostrum, præcipuum pastorem, & episcoporū "principē, re- 1.Pet.5 b.
ducantur: vt in dies maius iustitiæ & sanctimoniæ incremeutū in eo accipiant. Interea autē omnes tuas Ecclesias è faucibus rapacium luporum eripere & ab omnibus mercenariis liberare digneris, qui gloriæ tantùm aut lucri cupiditate ducuntur, de tui nominis illustratione tuique gregis

ſalute nihil planè ſolliciti.

Inſuper tibi preces noſtras offerimus, Deus clementiſſime & Pater ſummè miſericors, pro omnibus in vniuerſum hominibus: vt quemadmodum totius humani generis agnoſci vis Seruator, per redemptionem à Ieſu Chriſto Filio tuo præſtitam, ita ii qui adhuc ab illius notitia ſunt alieni, tenebriſque immerſi & ab erroribus ac ignorantia tenentur captiui, affulgente illis ſancto tuo Spiritu, tuóque Euangelio auribus illorum inſonante, ad rectam ſalutis reducantur viam: quæ in eo ſita eſt vt agnoſcamus te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtũ. Rogamus & vt illi quos iam gratiæ tuæ fauore dignatus es, quorúmque mentibus per cognitionem verbi tui illuxiſti, quotidie in melius proficiant, ſpiritualibus tuis benedictionibus ditati: vt ſimul omnes vno & corde & ore te adoremus, Chriſtúmque tuum, Dominum noſtrum,

μνίου σωτηρία σπουδαζόντων.

Πρὸς τύτοις ὃ αἰτιβολῶμαί σε, ὦ σεσωσμένε σατε Θεὸς καὶ Πάτερ ἐλεημονέσατε, κοινῇ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων, ἵνα καθάπερ ἐγὼ βουλομαι ὅτι πᾶν ὅλου τὸ ἀνθρωπίνου γένους σωτηρίαν αἰτῆσθαί σοι, τὸ διὰ τὸ λυτρώσαντος ἡμᾶς Ιησοῦ Χριστοῦ τὸ σοῦ υἱοῦ γνωριμίαν, οὕτω καὶ ὅσοι τῆς αὐτοῦ γνώσεως μέχρι τοῦ νῦν ἀποξενοῦνται, εἰς πλάνην σκότις καταδυόμενοι, ὑπό τε πλάνης καὶ ἀγνοίας αἰχμαλωτιζόμενοι, διὰ τῆς τοῦ σοῦ Πνεύματος φωταγωγίας, καὶ τῆς τοῦ σοῦ ἀγγελίας κηρύγματος, εἰς πᾶν ἀνθρώπους σωτηρίαν ἄγουσαν ἀνακαλῶνται· ἵνα καὶ τῶν γινώσκειν σὲ μόνον Θεὸν ἀληθῆ ὄντα, καὶ ὃν ἔπεμψας Ιησοῦν Χριστόν. Δεόμεθα δέ σου, καὶ ἐκείνοις οἷς ἤδη διὰ τῆς σῆς χάριτος ἀνοϊκῶς σεσωσμένοις, καὶ ὧν διανοίας τῇ τοῦ λόγου γνώσει κατηύγασας, ὀπίσω σημέραι δοῦναι, τὴν καὶ σαῖς πνευματικαῖς ἀλογίαις πλουτεῖσιν· ἵνα πάντες ἅμα ἀπὸ μιᾶς καρδίας καὶ ἀφ' ἑνὸς σώματος σεβαζώμεθά σε καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ τὸν Κυρίου ἡ-

μῶν βασιλεῖ τε καὶ νομοθέτῃ τῷ σεσοφικότι ἡμῶν καὶ θεραπείαν σεσαπώμεν.

Α' ΛΛΑΙ ΧΡΙ-στιανικαὶ σεσευχαί.

ΓΡΟΣΕΥΧΗ ΟΡΘΡΙΟΣ.

Ω Θεός μου, ὁ πατήρ μου καὶ σωτὴρ ὤν, ἐπειδὴ ἐχρίσω μοι τὸ, διανύσαι τὰ τῶν νύκτα, μέχρι ταύτης τῆς ἡμέρας σεληλυθέναι, δός μοι καὶ νῶν τὸ ταύτην διαφρᾶν λατρεύοντά σοι, ὥστε μηδὲν ὅπαρ ἁπλῶν διανοεῖσθαι, μηδὲ λαλεῖν, μηδὲ πρᾶξιν, εἰ μὴ ἐφ' ᾧ ἀρεστεῖν σοι, καὶ ὡσαὶ θελήματι πείθεσθαι· ὡς ἂν πάντα τὰ ἔργα μου σεὶς τὴν δόξαν τοῦ ὀνόματος, καὶ τὴν οἰκοδομὴν τῆς πόλεως τείνῃ. ὥς γε δὲ ἀξιοῖς τὰ ἡμῶν σώματα καθαγιάσαι, ταῖς σοῦ ἡλίου ἀκτῖνας εἰς τὴν γῆν καταπέμπων, οὕτω καὶ τὴν ἐμὴν καρδίαν τῇ αὐγῇ τοῦ σοῦ

regem & legislatorem, honore debito prosequamur, ac iusto obsequio colamus.

ALIAE PRECATIONES aliquot piæ.

PRECATIO MATVTINA.

DEus mi, Pater mi, & Seruator, qui gratia erga me tua effecisti vt transacta nocte ad hũc diem peruenirem: fac etiam vt ipsum totum in sanctissimi numinis tui cultu & veneratione consumam: nihil omnino aut cogitem, aut dicam, aut faciam, quod eò non tendat vt tibi obsequar, & voluntati tuæ morem geram: quò scilicet actiones omnes meæ referantur ad gloriam nominis tui, & ad fratrum meorum salutem. Atque vt mundum hunc ad vitæ æternæ vsus solis tui splendore illuminas, ita mentẽ meã fulgore tui

Spiritus illuſtra, qui me in viã iuſtitiæ tuæ dirigat. Quo fiat vt quãcunque ad rem applicem animũ meum, is mihi ſemper ſit propoſitus finis vt tibi honorique tuo inſeruiam, omnem felicitatẽ à gratia & beneficentia tua ſola expectãs. Nec quicquam omnino aggrediar quod tibi gratum non ſit. Effice præterea vt, dum huius vitæ tuendæ cauſa laboro, & ea curo quæ ad victum & cultum corporis pertinent, altius tamen erigam animum, ad beatam nẽpe & cœleſtem vitam, quam filiis tuis promiſiſti. Nihilominus tam animæ quàm corporis protectorem te mihi exhibendo, aduerſus omnes Satanæ tentationes me confirmes ac munias, & ab omnibus quæ impendent periculis liberes. Ad hæc, quum nihil proſit cœpiſſe niſi perſeueretur, à te peto Domine ne mihi in hodiernum diem tantùm ſis dux ac rector, ſed vſque ad vitæ finem: gratia in me tuæ dona adaugens in dies, donec penitus adhæream Filio tuo Ieſu Chriſto, qui verus eſt ſol

πνδύμαπς φώπσον, τῇ πρὸς τὸν σὴν δι-
καιοσώνῃ ὁδηγησούσῃ με. ὥστε, ᾧ ἂν ποτε
ἐγχειρήσω πράγματι, πρὸ πάντων ἀεὶ τὸν
φόβον σου πρὸ ὀφθαλμῶν μου, καὶ πάντα πρὸς
τὸν σὸν ζῆλον ἀναφέρειν, οὐδὲν ἀγαθὸν
ἄλλοθεν ἢ πρὸ τῆς σῆς χάριτος καὶ ἀλο-
γίας πεποθοῦντα· ἵνα μηδ' ὁποσῶν ὀρμή-
σω, πλὴν τῶν ἀρεστόντων σοι, ποιῆν. δὸς δὲ
καὶ τὸ μεταξὺ πονοῦντα ὑπὸ τῶν προέσα-
σαν πρὸς τὸν παρόντα βίον ἀναγκῶν,
περαιτέρω πρεβαίνειν τῇ διανοίᾳ, ἀποβλέ-
ποντα εἰς τὸν ἀΐδιον βίον, ὃν τοῖς σοῖς τέκνοις
δώσειν ὑπέσχου. Οὐ μόνον δὲ τὸ τε σώ-
ματος καὶ τῆς ψυχῆς μου ὑπερασπίζων,
πρὸς πάντας τοῦ διαβόλου πειρασμοὺς ὅ-
πλισόν με, καὶ ἀπὸ πάντων τῶν ἡμῖν ὑπαρ-
μαλῶν κινδύνων ῥῦσον. Ἐπειδὴ δὲ οὐ-
δὲν ὠφελεῖ τὸ ἄρξασθαι καλῶς ποιῆν, ἐὰν
μὴ ὡς οὕτω ποιῶν διαπελῇ, μὴ εἰς τὸν σὸν
μέρον μόνον ἡγεμόνα καὶ κυβερνήτης ἐμοὶ
εἶναι Κύριε, ἀλλὰ πρὸς πάντα τὸν βίον· ὅπι
δοσιν ἐν ἐμοὶ καθ' ἑκάστην λαμβανόσης τὸ
σῆς χάριτος, ἕως ἂν παντελῶς ἐνωθῶ τῷ
ὑφ' ὃν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὃς ὄντως ἥλιος

τὴν ἡμετέρων ψυχῶν, λάμπων ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, καὶ ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον. Ἵνα δὲ ταῦτων ἀξιωθῶ σοῦ, καταξιωθῶ, ἀνάβολώσε τὴν ἁμαρτηθέντων μοι ἄμνηστιν, καὶ δέξαι τὸ σοῦ ἀνεκδιηγήτου ἐλέους συγγνώμην ἐμοὶ ἔχειν, ὡς ἂν ἐπιχαίλωδέξειν πᾶσιν ὅσοι σε ἐκ καρδίας ἐπικαλέσωνταί σε. ὑπὲρ ἂν ἁπάντων οὐδὲν ἦσον ἢ χαὶ ἐμαυτὸν ἐν οἴομαι τῷ σῷ υἱῷ Ἰησοῦ Χριστῷ, ἱκετείαν ἐκπιοῦμαι, κατὰ τὴν ὑπ' αὐτοῦ παραδοθεῖσαν ἡμῖν προσευχήν, λέγων, Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, [καὶ τὰ ἑξῆς.] Ταύτην δὲ τὴν ἐνεργοῦσαν, Κύριε, ταῖς ἄλλαις πᾶσιν, τὸ ἐν τῇ ἱερᾷ σου πίστει ἐρριζωμένον διαπλέκειν, ἵνα σὺ τὴν ἐμὴν καρδίαν χαὶ τὸ ἄγαν ἐλέους σου ἀνεφύτευσας· ταύτην καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ἐμοὶ αὔξησον, καὶ προπαιμετρῶν δ' διαλίμπανε ἕως αὐτὴ ἕκπλεως γένηται. ἧς τὴν ὁμολογίαν ποιῶμαι, λέγων, Πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα, [καὶ τὰ ἑξῆς.]

Ἄλλη προσευχὴ ἑωθινή, ἔμμετρος.

Ὦ πάτερ, ὡσαύτως, δὸς ἡμῖν νύκτα περῆσαι, Δὸς πάλιν ἀνατεῖλαι ἐς αὐτὸ φάος ἠελίοιο·

animarum noſtrarum, interdiu & noctu lucens, ſine fine & in æternũ. Quæ tot tantáque beneficia vt abs te obtineam, obliuiſcere delictorum meorum, eáque infinita miſericordia tua remitte. quod te facturũ promiſiſti omnibus qui te ex animo inuocauerint. Pro quibus omnibus, nõ ſecus quàm pro memetipſo, in nomine filii tui Ieſu Chriſti Domini noſtri, ſupplices preces tibi fundo, ſicut ille precari nos docuit: dicens, Pater noſter qui es in cœlis [&c.] Hoc etiam, Domine, largire mihi, vt in ſancta tua fide conſtanter maneam, quam cordi meo inſeuiſti pro tua miſericordia: auge in dies eam in me, cumulatiorémque redde, donec omnibus ſit numeris abſoluta. Cuius confeſſionem edo, dicens, Credo in Deum Patrem, [&c.]

Alia precatio matutina, carmine,

Seruator, noſtérque parens, iam nocte peracta,
Fac iubar exortum cernamus amabile ſolis.

Fácque diem totum tibi grata loquamur,agamus:
Nec niſi grata tibi voluamus pectore noſtro.
Quinetiã vt radiis ſolaribus omnia luſtras
Corporibus noſtris, animas ſic lampade dia
Spiritus ille tuus colluſtret, luminis autor:
Mentis vt ante oculos ſemper tua gloria noſtræ
Verſetur, mandata tua & tua ſancta voluntas
Noſtra regant, vbicunque erimus, veſtigia ſemper.

Ex Pſalmo 143,

Fac vt manè audiã miſericordiam tuam:quoniam in te ſperaui.

Oſtende mihi viam in qua ambulem: quoniam ad te leuaui animam meam.

Libera me de inimicis meis Domine:ad te confugi.

Doce me vt faciam voluntatem tuam: quia tu es Deus meus.Spiritus tuus bon⁹ deducat me in terra recta.

Καὶ πάλιν ἐξανύειν ἦμαρ κεχρισμένα θυμῷ
Μοῦνα πρὸ ἔργοντας ἰδ' ἐν φρεσὶ μηπόωντας.
Ἠΰτε καὶ ἠελίου πάντ' ἀκτίνεσι φαίνεις
Σώμασιν ἡμετέροις, ὡς καὶ σοῦ πνεύματος αὐγῇ
Ἡμετέραις ψυχαῖς ἐπιφαύσκεο· ὥστε σὸν αἰεὶ
Δέρκεσθαι κλέος αἰπύ, καὶ ἐν πάντεσσι νοῆσαι
Ἔργοις καὶ μύθοις, μετόπισθε δὲ σῆς ἰότητος
Σῶν τε ἐφημοσυνῶν ἀδάμονα ἴχνια βαίνειν.

Ἐκ τοῦ ρμγ΄ ψαλμοῦ,

Ἄκουσόν μου ποίησόν μοι σωθῆναι τὸ ἔλεός σου· ὅτι ἐπί σοι ἤλπισα.
Γνώρισόν μοι Κύριε ὁδὸν ἐν ᾗ πορεύσομαι· ὅτι πρός σε ἦρα τὴν ψυχήν μου.
Ἔξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου, Κύριε· πρός σε κατέφυγον.
Δίδαξόν με τοῦ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεός μου. τὸ πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν γῇ εὐθείᾳ.

ΓΡΟΣΕΥΧΗ ΤΟΥ ΦΟΙ-

τῶντος παιδὸς ἢ μειρακίου εἰς διδα-
σκάλου, ἧς τὰ ῥήματα ἐκ τῦ ριθ ψαλ-
μοῦ ἔιληπται.

Ἐν τίνι κατορθώσι νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐ-
τῦ; Ἐν τῷ φυλάξασθαι τὰ λόγους σου.

Καὶ μετ' ὀλίγα,

Ἀπόκαλυψον τὰ ὀφθαλμούς μου, καὶ κατα-
νοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τῦ νόμου σου.

Ὀλίγῳ ὕστερον,

Ὁδὸν δικαιωμάτων σου σωφίσόν με, καὶ ἀ-
δολεχήσω ἐν τοῖς θαυμασίοις σου.

Κύριε, ὁ πάσης παιδείας καὶ σοφίας ὢν
πηγή, ὁ κτίσας τὴν ἀδιήγητον σου ἀγα-
θότητα δίδου ἐμοὶ ἁπαλῷ ἔτι ὄντι διδα-
σκάλους τοὺς παιδεύσοντάς με τὰ καλὰ
τῶν μαθημάτων, ὅσα αἰῶνα ὁδεῦ χρήσι-
μά μοι εἰς καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ βίου διαγω-
γήν· μὴ ἀπαξιώσῃς με οὐδὲ τῆς σῆς αἰ-
νέσεως, ὑφ' ἧς ἀποσκιασθέντος τὸ ἐν τῇ ἐ-
μῇ διανοίᾳ σκότους, αἰῶνα τὴν παιδείαν
ἀμαθῶς ἔχω. καὶ μοὶ καὶ μνημονικόν
με ποίησον μᾶλλον ἢ αἰῶνα, ἵνα μὴ αὐτῆς

PRECATIO PVERI
vel adolescentis scholam adeuntis, cuius prior pars ex 119 Psalmo sumpta est.

IN quo instituet adolescēs viam suam; Si prudenter se gerat iuxta sermones tuos.

Et paulo pòst.

Retege oculos meos, & aspiciam mirabilia Legis tuæ.

Aliquanto pòst,

Viam præceptorum tuorum fac me intelligere, & meditabor in mirabilibus tuis.

DOmine, qui fons es sapientiæ omnis & doctrinæ, quando pro singulari tua bonitate, hoc mihi præstas vt bonis artibus imbuatur hæc mea pueritia, quæ mihi ad sanctè honestéque viuendum sint adiumento: mentem quoque meam, quæ cæcitate alioqui laborat, illustrando, simul effice vt ad percipiendam doctrinam sim idoneus. Memoriam quoque meam confirma, ne illa mihi

excidat. Cor denique meũ guberna, vt ad proficiendum voluntarius atque etiam auidus accedam: ne mihi hæc quam tu nunc concedis facultas ignauia mea pereat. Proinde Spiritum in me tuum infunde: Spiritum, inquam, intelligentiæ, veritatis, iudicii, ac prudentiæ: ne ſucceſſu ſtudium meum careat, & irritus ſit erga me magiſtri labor. Porrò quodcunque ſtudii genus ſuſcipiam, fac vt illud in rectum finem deſtinare meminero: nempe, vt te in Chriſto Filio tuo cognoſcens, plenam ſalutis & vitæ fiduciam in tua gratia collocem, téque vero & accepto tibi obſequio colam: atque ita, quicquid addiſcam, mihi ſit ad rectam pietatis regulam adminiculo. Adhæc, quum humiles ſapientia, rectos corde notitia tui illuſtraturum te promittas: ſuperbos verò & improbos deiecturum te denunties, vt in ſenſu ſuo euaneſcant: peto vt me ad verã humi-

ὑπολαμβάνωμαι. ἐπ δὲ καὶ ταύτῃ τῇ
καρδίᾳ μου δι᾽ἀθεσίαν ἐμποίει, ὥστε αὐτῷ
μετὰ πολλῆς ὑπδέχεσθαι· ὡς μὴ
ὑπὸ ῥαθυμίας ὑστερήσας τῆς παρ᾽
αὐτοῦ διδομένης μοι ἀκαμείας λάβω. Τοιγαροῦν
ἔγχόν μοι τὸ σὸν πνεῦμα· λέγω δὴ, τὸ πάσης νοήσεως, ἀληθείας, ὀρθῆς κρίσεως, φρονήσεως χορηγὸν πνεῦμα· μήπως αὐτός τε μάτην πονῶ, κἀμὲ ὁ διδάσκων με ἀνύῃ.
Εἰ δέ ὁποιῳδήποτ᾽ αὖ τῷ μαθητῇ χαλάζων ὦ, ἐν αὐτῷ τὸ πρέπον σκοπεῖν μοι πάρεστι· ὅς ὅτι τὸ γινώσκειν σε ἐν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, πρὸς τὸ πεποιθέναι πάντως τῇ σῇ χάριτι, ἐπ᾽ αὐτῇ μόνῃ ἐλπίδας τῆς σωτηρίας καὶ τῆς ζωῆς ἔχοντα, καὶ τῷ ἀληθινῷ καὶ ἀληθεύοντι θεραπείαν πρόσφορον· ὥστε πρὸς ταῦτα ἀνδρὸς ὀργάνου τῇ παιδείᾳ χρῆσθαι. Ἐπειδὴ δὲ ἐπαγγέλλω μὲν τοῖς ταπεινοῖς σοφίαν δώσειν, ἠπείληκας δὲ πρεσβεύσειν τῶν ὑπερηφάνων ἐν τῷ ἰδίῳ νοΐ μωραινομένων· καὶ τοῖς μὲν ὀρθοτόμοις ἐμφανίσειν σεαυτὸν ἔφης, τοὺς δὲ πονηροὺς ἀποστρέψειν· ἐκ τοῦ αἰτεῖσθαι παρὰ σοῦ, ἵνα με πρὸς τὴν ἀληθῆ ταπεινο-

φροσύνην ἄγης, δι' ἧς πρέπον μύσει, εἰς δὲ τοὺς πρεσβεύουσιν ἐμοῦ χάριν τὴν σὴν διάταξιν, ἀμάχητος καὶ ἀνίκητος γενοίμην. Ἐπὶ πᾶσι δὲ Σύνοιδας, γνῶσιν καὶ ἀληθῆ πρὸς σὲ διάνοιαν πρὸς τὸ ζητῆσαί σε ἐνεργάζου τῇ ἐμῇ καρδίᾳ, πάσας κακὰς ὁρμὰς ἐξ αὐτῆς ῥιζηδὸν ἀποστάσης· ἵνα τὸ ἀπὸ σοῦ δεδιπλασιασμένον ἐμαυτὸν εἰς ὑπήκοον ὑπηρετῶν σοι πρὸς τὸ ἐπιθύμημα ὡσαύτως καὶ ἀνδρωθεὶς ὑπὸ σοῦ πρεσβεύω. Τὴν δύναμίν μου ὑπερεῖναι πάσαν, ὦ πάτερ τῶν οἰκτιρμῶν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἀμήν.

Ἐκ τοῦ ψαλμοῦ,

Τὰ ἀπόῤῥητα τοῦ Κυρίου εἰς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ διαθήκην φανερῶσαι αὐτοῖς.

ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΤΩΝ ΚΑΤΑΚΛΙΝΟΜΕΝΩΝ, ἢ ΠΡΟΣΤΕΚΤΑ ΕΚ ΤΟΥ ΡΛ ΨΑΛΜΟΥ ΩΔΗ.

Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι Κύριε, δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτῶν εἰς καιρόν. Δόντος σοῦ αὐτοῖς, συλλέξουσιν· ἀνοί-

litatem formare velis, qua me tibi primum, deinde etiam iis qui mihi tua autoritate præsunt, docilem & obsequentem exhibeam. Insuper, vt cordi meo, euulsis inde vitiosis cupiditatibus, serium quærendi tui desyderium insculpas: quo me iam nūc præparem ad seruiendum tibi in eo vitæ genere quod mihi quum adoleuero cōstitues. Fac me voti compotem, Pater misericordiæ, per Iesum Christum, Dominum nostrū. Amen.

Ex Psalmo 25,

Secretum Domini timentibus eum, & fœdus suum notum illis faciet.

PRECATIO ACCVMbentium mensæ, cui quædam ex Psalmo 104 sunt præfixa.

Omnia in te sperant Domine, vt des illis escam tempore suo.

Te illis dante, colligunt: te ma-

num aperiente, omnia implentur abundantia.

DOmine, penes quẽ fons eſt bonorum omnium, & inexhauſta ſcaturigo, benedictionẽ tuam in nos effunde, tuæ erga nos benignitatis dona ſanctificans, vt ſobriè (ſicuti præcipis) & frugaliter iis vtamur, nõ autem ad ingluuiem abutamur, te Patrem noſtrum omniúmque bonorum autorem agnoſcentes: ac ſic fruentes corporis alimentis vt præcipuo tamen cordis affectu ad ſpiritualẽ doctrinæ tuæ panẽ aſpiremus, quo animæ noſtræ in ſpem æternæ vitæ paſcantur: per Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum. Amen.

Deuteronomii cap. 8,

Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni ſermone qui procedit ex ore Dei.

Alia eiuſdem argumenti precatio, carmine ſcripta.

Cunctorum, Altipotens, qui fons & origo bonorum,
Huic noſtræ dignare Deus benedicere menſæ:

ξαντός σου τὴν χεῖρα, τὰ σύμπαντα πληθύσονται χρηστότητος.

Κύριε, ἀφ' οὗ πᾶν ἀγαθῶν εἶδος, ὥσπερ ἀπό τινος ἀενάου πηγῆς, ἀπορρεῖ, μεταδίδις ἡμῖν τῆς ἀλογίας, καὶ τῆς προσηκούσης χρηστότητος δωρήματα ἀγιάζων, ὥστε καὶ τῆς χεῖρός σου, μὴ θέλειν ἡμᾶς καθαρῶς, καὶ θέλειν τὴν ἀναίσχυντον χεῖρα μόνον, καὶ τὸ θέλημά σου, μὴ θέλειν μακροημέρευσιν ἢ πλοῦτον χρυσίου καὶ ἀργύρου πατέρα σε ἡμέτερον καὶ πάντων ἀγαθῶν χορηγὸν ὁμολογοῦντας· καὶ τὴν σωματικὴν ὕπνου θέλειν φροντίδος ἔρημον, ὥστε πολὺ μᾶλλον θεῖναι τὴν πνευματικὴν τῆς διδαχῆς ἄρτον κεχηνέναι, ὥσπερ αἱ ψυχαὶ ἡμῶν εἰς ἐλπίδα τῆς αἰωνίου ζωῆς βέβαιον διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Ἀμήν.

Δευτερονομίου κεφ. η,

Οὐκ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὅτι παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος Θεοῦ.

Ἄλλη τοῦ αὐτοῦ ὑποθέσιν ἐν μέτροις θεοπρεπῆ.

Ὑψιμέδων, πασῶν δώτωρ ἀνθρώπων ἐάων,
Εὐλογίην σεόθεν τήνδε βροτοῖς ἐπέμπεις.

Ὄφρά κεν ἀχραάντοις τάδε σεῦ δωρήματα χερσὶ
Λαζόμενοι, ἁγνοῖσιν ὁμῶς σομάτεσσιν ἔδωμεν,
Καὶ μὴ ἀεικελίως ἢ ἐδητύος ἠὲ ποτῆτος
Πιμπλάμενοι, ἕτερα λιθώμεθα κρείσσονος ἄρτου,
Γνωμαπικοῦ, ψυχῇσι φερεσβίου ἠμετέρῃσι.

ΑΛΛΗ.

Ὅσσ' ὅπι γῆς πνείει, καὶ ἠέρος, ἠδὲ θαλάσσης,
Χεῖρα τεὼ κύδιστε αἴαξ πεινῶντα δοκεύῃ.
Τεὼ γὰρ αἶψ' ἐκπετάσῃς, ἅδην τάρπησαν ἐδωδῆς.
Τοιὸν ἔκα νωῒν σε μόνον βιότοιο δοτῆρα καλοῦμεν.
Κλῦθι Γάτερ, πασῶν δῶτορ ζωητοῖσιν ἐάων.

ΕΥΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΣ ΤΩΝ τῆς βαπτίζης ἐξανισαμένων ὕμνος, ἔστ' ἐσηγεῖται ὁ ριζ ψαλμός.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον πάντα τὰ ἔθνη, ἐπαινέσατε αὐτὸν πάντες οἱ λαοί.

Vt quæ largiris nobis nunc fercula, pura
Sumantúrque manu, puro comedãtur & ore.
Nec fœdè nimio potúve cibóve grauatos
Interea alterius ſubeant obliuia panis,
Qui felicem animæ tandem dat viuere vitam.

Alia.

Quæcunque in terra pontóve vel æthere viuunt,
Cuncta tuam aſpectant Domine eſurientia dextram.
Nam te illam pandente, cibo ſatiantur abundé.
Ad te ergo autorem vitæ clamamus & ipſi.
O pater, ô cunctorum audi dator alme bonorum.

GRATIARVM ACTIO, qua vtimur ſurgentes è menſa. Præcedit autem Pſalmus 117.

Omnes gentes laudẽt Dominum, omnes populi canant laudem Deo.

Quia multiplicata est super nos misericordia eius, & veritas ipsius manet in æternum.

GRatias agimus Deus ac Pater de tot beneficiis, quæ nobis assiduè pro infinita tua benignitate largiris. Primùm, quòd omnia quibus ad sustinendam præsentem vitam indigemus adminicula suppeditas: tum verò præcipuè quòd in spem melioris vitæ, quam nobis sacro tuo Euangelio reuelasti, nos regenerare dignatus sis. Téque oramus ne mentes nostras rebus his terrenis & caducis affigi patiaris: quin potius efficias vt sursum erecti perstemus in expectatione Christi Filii tui, donec è cœlo in redemptionem salutémque nostram appareat. Amen.

Alia gratiarum actio, carmine.

Omnipotens æterne Deus, rex maxime regum,
Cuius larga manus corpus satiauit abundè,
Ingentes agimus toto tibi pectore grates.

Οὗ ἐκραταιώθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἡ ἀλήθεια τοῦ Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

Εὐχαριστοῦμέν σοι ὦ Θεὸς ὅτι πᾶσιν οἷς διεργεῖ ἡμᾶς καθ' ἑκάστην διαπελεῖς. πρῶτον μέν, ὅτι πάντα τὰ πρὸς τὸν παρόντα βίον ἀναγκαῖα χορηγῶν διαλανθάνεις· εἶτα δὲ καὶ οὐχ ἥκιστα ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς παλιγγενεσίαν δοῦναι, εἰς ἐλπίδα κρείττονος βίου, ὃν διὰ τοῦ σοῦ ἀγγέλου ἐφανέρωσας. Ἱκετεύομέν σε μὴ πρόρρην τοῖς βιωτικοῖς πρὸς πλοῦτον ἡμᾶς, μᾶλλον δὲ τὰς ἡμετέρας καρδίας ἄνω, πρὸς τὸ ἐκδέχεσθαι τὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἄφιξιν, ἐς' ᾗ ὅτι τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν οὐρανόθεν ἀναφανῇ. Ἀμήν.

Ἄλλος ὕμνος εἰς τὸ αὐτό, ἔμμετρος.

Κοίρανε παντοκράτωρ, ἱκανῇ χαρπέντες ἐδωδῇ,
Σοῦ χέρσα πεινάλεοισιν ἀναπτύξαντος ἀρωγὸν,
Σοὶ χάριν ἴσμεν ἄνακτι, καὶ εἰσόμεθ' ἤματα πάντα.

Ἀλλὰ πάτερ ψυχῶν ἄμμα κήδεο ἠμετεράων,
Πνευματικῆς τ' ἔμπλησον ἐδητύος, ὡς σὸν ἐέλδωρ
Κρηηώωσιν ἀεὶ, καὶ σοὶ ὀπίπεσα φέρωσιν.

ΓΡΟΣΕΥΧΗ ΕΓΚΟΙΜΗΤΟΣ.

Κύριε, ὁ τὴν μὲν ἡμέρας τὸ φῶς τοῖς πόνοις, τῆς δὲ νυκτὸς τὸ σκότος τῇ τῶν πόνων ἀναπαύλῃ ἀποτάξας, δός μοι τρεπομένῳ πρὸς ὕπνον, οὕτω διαναπαύειν ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὸ ἐμὸν σῶμα, ὡς μεταξὺ καθεύδοντος αὐτοῦ ἐγηγερῆσαι τὴν ψυχήν μου ἀτενεῖς πρός σε βλέπειν, καὶ ᾧ πόθῳ σου ἀναπλερῶσαι. μηδέ με πρόσθες, ὅταν πάσας τὰς βιωτικὰς μερίμνας ἀποθῶμαι, ἐφ' ᾗ δ' ἕναι τῷ σώματι τὴν ἀναλαμβάνειν τῇ αὖθις ἀσθενείᾳ ἡσυχίαν, ἅμα καὶ σοὶ ὑπολανθανόμενον· μᾶλλον δὲ ἡ τῆς ἀγαθότητός σου χάρις μνήμην ἀεξάγειπος ἐν τῇ ἐμῇ ψυχῇ διαμένῃ. ἵνα, ὡς πρὸ τὸ σῶμα, οὕτω καὶ ἡ ἐμὴ ζωὴ εἰδήσεις ἡσυχίας τυγχάνῃ. Κώλυσον δὲ καὶ τὸ ἐμὸν σῶμα ἐπιτρυφᾶν τῷ ὕπνῳ· ὅπως αὖ μὴ ἀπολαύω πλέον αὐτοῦ ἢ ὅσον

Verùm & noſtræ animæ tibi ſint Pater optime curæ,
Atque cibis illas pariter cœleſtibus imple:
Vt promptæ atque alacres ſemper tua iuſſa capeſſant.

PRECATIO DORMITUM euntium.

DOmine Deus, qui noctem deſtinaſti hominis quieti, ſicut diem creaſti in quo ſe laboribus exerceat, fac quæſo ſic quieſcat hac nocte corpus meum vt animus interea tibi vigilet, erectúmque in amorẽ tui ſit cor meum: & ita, relaxandi corporis cauſa, prout eius imbecillitas poſtulat, ſollicitudines deponam, ne tui interea obliuiſcar: ſed penitus mẽti meæ bonitatis & gratiæ tuæ recordatio infixa hæreat. Hoc quoque modo fiat vt ſicuti quieſcit corpus, ita etiam ſua quiete conſcientia mea fruatur. Fac præterea ne in capiendo ſomno carnis deliciis indulgeam: ſed tantum mihi concedam quãtum

naturæ huius debilitas requirit: quo deinde ad te colendum ſim expeditior. Denique ſic caſtum me & impollutum non animo minus quam corpore, & a periculis omnibus tutum ſeruare velis, vt ipſe quoque ſomnus meus in nominis tui gloriam cedat. Quoniam verò dies hic elapſus mihi non eſt quin pluribus te modis (qua ſum in malum propenſione) offenderim: ſicut tenebris noctis à te ſuper terrā immiſſis omnia nunc obteguntur, ita quicquid eſt in me peccatorum, miſericordia tua ſepultum lateat. Exaudi me Deus, Pater & Seruator, per Ieſum Chriſtum Filium tuum. Amen.

Alia eiuſdem argumenti precatio, Verſibus ſcripta.

Rex regum, qui das noctis mortalibus vmbram,
Quæ requiem curis requiémque laboribus affert:
Corpoream molem concede quiefruiſci,

κεκτημένον σώματι ἀρκεῖ, ἐφ' ᾧ καὶ σὲ τὸν σὸν θεραπείαν μετὰ ταῦτα κάλλιον παρεσκευάσθαι. Τέλος δὲ, ἄγιον μετά τε ψυχὴν τὸ σῶμα καὶ τὰ κατὰ τὴν ψυχὴν διατήρησον, καὶ παντὸς κινδύνου ἀπάλλαξον· ἵνα καὶ ὁ ὕμνος μου καὶ δόξαν τὸ σὸν ὀνόματος ἀναφέρηται. Ἐπειδὴ δὲ οὕτως ἁμαρτωλὸς καταφορῶς καὶ τὸ ἁμαρτεῖν ἔχω, ὥστε καὶ δὲ ταύτην τὴν ἡμέραν διανηστεύσας ἄπρακτος διαπερᾶν, δέομαί σου, καθάπερ τῆς νυκτὸς ζόφῳ, τῷ ὕπνῳ τὴν ψυχὴν σοῦ καταπεμπόμενος, τὰ πάντα νεκάλυπται, οὕτω καὶ τὰ ἐμὰ πλάσματα τῷ σῷ ἐλέῳ ἀποκρύπτειν, ὡς ἂν μὴ αὐτὰ τῆς θεός σε εἰσόδου ἀπείργῃ με. Εἰσάκουσόν μου ὦ Θεός μου, ὁ πατὴρ ἅμα καὶ σωτήρ μου ὤν, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

Ἄλλη εὐχὴ ὕπνου, ἐν μέτροις.

Ὦναξ, ὃς νύκτα θεοφερῆς χθονίοισι μέλαιναν,
Ἀρχαλέων τε πόνων καταπαύσιμον ἠδὲ μελημῶν,
Σώμασιν ἡμετέροις ὕπνον διὸν ἤλασε,

Ὅς μή σεῦ γλυκερῷ μνήμῳ κραδίην θεν
ἀπώσῃ,
Ἀλλ' ἔχῃ ἡσυχίῳ ἐν σοὶ τόφρα κεῖνο ἰαύειν·
Καὶ μή οἱ συκεροὶ θορύβημα φέρωσιν ὄ-
νειροι.
Ὡς δὲ σὺ νῶν νυκτὸς κῆ' πάντα κάλυψας
ὁμίχλῃ,
Ἀμπλακίας ἠμῶν σοῖς οἰκτιρμοῖσι κάλυ-
πτε.

Per quam nulla tui ſubeant obliuia pectus,
Sed ſimul hoc in te, ſomnū hac carpente, quieſcat:
Nec terrore agitent turbéntque inſomnia diro.
Ac veluti noctis caligine cuncta teguntur,
Noſtra tui peccata tegat miſeratio cordis.

LECTORI.

Precationes alias Græcolatinas longè doctiſſimas ſuppeditabit tibi propediē (Deo fauente) Ioannes Serranus, qui ſingulas oratione ſoluta ſcriptas ſingulis pſalmis à ſe carmine Græco redditis adiunxit. Suppeditabit autem eas à me huius libelli forma excuſas, vt et adici poſſint.

5 0 3 4 4 3 4 0 10

8 3 7 5 . 5 3 . 5

3 2 5 7 . 2 2 . 7

1 7 1 8 9 . 2 0 . 10

1 2 3 4 5 6 7 8





VALP